

## 52 OPUSCULUM TERTIUM. OFFICIA PER FERIAS,

SEU

**PSALMI SECUNDUM DIES HEBDOMADÆ SINGULOS QUIBUS IN ECCLESIA CANTANTUR, DISPOSITI, CUM ORATIONIBUS, HYMNIS, CONFESSIONIBUS ET LITANIIS.**

**IN NOMINE DEI SUMMI  
INCIPIT SCRIPTUM ALBINI MAGISTRI  
AD CAROLUM IMPERATOREM \***

Beatus igitur David rex magnus et servus Dei al-tissimi nobis psallendi regulam dedit, qualiter per dinumeratas horas quaslibet homo ad Deum preces fundere debeat, ita dicens: *Septies in die laudem dicam tibi* (*Psal. cxviii*, 164). Hoc est prima hora, secunda, tertia, sexta, nona, vespertina et duodecima. Per has itaque septem horas David rex laudem dicebat a Deo, sed et sanctus Daniel propheta tertia et sexta et nona hora dici ad deprecandum Dominum ascendens in solarium suum expansis manibus ad celum deprecabatur Deum pro se et pro populo Israel. Sed et idem rex David adhuc dixit: *Et adjiciam super omnem laudem tuam* (*Psal. lxx*, 14). Proinde rursus ait: *Media nocte surgebam ad contendum tibi* (*Psal. cxviii*, 62). Id est, nocturna hora. Et iterum ait: *Memor fui in nocte nominis tui, Domine* (*Ibid.*, v. 55), quod est gallorum cantus. Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te (*Psal. lxii*, 7). Ili sunt per noctes tres officii cursus, et per diem septem: quibus aptis [F., junctis] simul efficiuntur decem, quos nos secundum decem verba legis Moysi sectantes cantamus <sup>b</sup>. Sed quia vos rogastis, ut scriberemus vobis breviarium communatico sermone, qualiter homo laicus qui adhuc in activa vita consistit, per dinumeratas horas has Deo supplicare debeat: et licet vos, qui Christiano ordine vivitis, Christiana opera facere desideratis, non ignoratis qualiter Domino supplicetur: sed quia rogastis, dicemus breviter quod sentimus. Cum enim de lectulo stratus vestri surrexisisti, dicendum vobis est: dic primum: *Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, in nomine tuo lerabo manus meas*. Dicitur [F., Deus] in adjutorium meum, tres [ita ms.] vicibus cum psalmo: *Verba mea, usque: Mane astabo tibi*. Deinde, *Pater noster*, et preces: *Dignare, Domine, die isto: perfice gressus meos*: *Benedictus Dominus die quotidie: dirigere et sanctificare digneris*: *Fiat misericordia tua, Domine, super nos*. Et surgens incipiat versum: *Domine, labia mea aperies*. Ipso expleto cum gloria incipiat Psalmum: *Dormine, quid multiplicati sunt*. Deinde

\* Ex codice regio Parisiensi et libello prectionum Caroli Calvi.

<sup>b</sup> Hucusque in libro prelatorio Caroli Calvi.

A sequitur. *Miserere mei, Deus*. Deinde: *Venite, exultemus Domino*. Deinde psalmos quantos voluerit.

### FERIA I.

(Deesse videtur aliquid.)

### PSALMUS.

(*Psal. civ.*) <sup>c</sup> Confitemini Domino, et invocate nomen ejus: annuntiate inter gentes opera ejus. Cantate ei, et psallite ei: narrate omnia mirabilia ejus. Laudamini in nomine sancto ejus: letetur cor querentium Dominum. Quærite Dominum et confirmamini: quærite faciem ejus semper. Mementote mirabilium ejus quæ fecit: prodigia ejus, judicia oris ejus. Semen Abraham, servi ejus; filii Jacob, electi ejus. Ipse Dominus Deus noster, in universa terra judicia ejus. Memor fuit in sæculum testamenti sui: verbi quod mandavit in mille generationes. Quod disposuit ad Abraham: et juramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Jacob in præceptum: et Israel in testamentum æternum. Dicent: *Tibi dabo terram* **53**. Chanaan: funiculum hæreditatis vestrae. Cum essent numero brevi: paucissimi et incolæ ejus. Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum. Non reliquit hominem nocere eis, et corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et vocavit famem super terram: et omne firmamentum panis contrivit. Misit ante eos virum: in servum venundatus est Joseph. Humiliaverunt in compediibus pedes ejus, ferrum pertransivit animam ejus: donec veniret verbum ejus. Eloquium Domini inflammavit eum, misit rex et solvit eum: princeps populorum, et dimisit eum. Constituit eum Dominum domus suæ, et principem omnis possessionis suæ. Ut eruditum præcipit principes ejus sicut semetipsum, et senes ejus prudentiam doceret. Et intravit Israhel in Ægyptum: et Jacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum vehementer: et iuravit eum super inimicos ejus. Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus: et dolum facerent in servos ejus. Misit Moysen servum suum: Aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum et prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras et obscuravit: et non exacer-

D <sup>c</sup> De Usu psalmorum. Pro usu tertio supra col. 466.

bavit sermones suos. Convertit aquas eorum in sanguinem : et occidit pisces eorum. Edidit terra eorum ranas : in penetralibus regum ipsorum. Dixit, et venit cynomia, et sciniphas in omnibus finibus ipsorum. Posuit pluvias eorum grandineum : ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum et sicalneas eorum : et contrivit lignum finium eorum. Dixit, et venit locusta, et bruchus : cuius non erat numerus. Et comedit omne fenum in terra eorum : et comedit omnem fructum terrae eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum : primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento et auro : et non erat in tribibus eorum insirmus. Lactata est Ægyptus in profectione eorum : quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum : et ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt, et venit coturnix : et pane coeli saturavit eos. Disrupit petram, et fluxerunt aquæ : abierunt in sicco flumina. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione : et electos suos in laetitia. Et dedit illis regiones gentium : et labores populorum possederunt. Ut custodiant justificationes ejus : et legem ejus requirant.

*Ut supra.* Domine, in crlo misericordia tua, et veritas tua usque ad nubes. Invocantes nomen tuum, Domine, exaudire digneris.

*Oratio.* Invocantes nomen tuum, Domine, deprecamur, ut qui patres nostros, virtute tui nominis preceunte, angelicis pastibus refecisti, nos quoque mysticis dapibus soveas ac reformes. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. CV.) Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus. Quis loquetur potentias Domini ; auditas faciet omnes laudes ejus? Beati qui custodiunt iudicium : et faciunt justitiam in omni tempore. Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui : visita nos in salutari tuo. Ad vindendum in bonitate electorum tuorum, ad latitudinem in laetitia gentis tuae : ut lauderis cum hæreditate tua. Peccavimus cum patribus nostris : injuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : non fuerunt memoris multitudinis misericordie tuae. Et irritaverunt ascendentes in mare : mare Rubrum. Et salvavit eos propter nomen suum : ut notam faceret potentiam suam. Et increpuit mare Rubrum, et exsiccatum est : et deduxit eos in abyssis sicut in deserto. Et salvavit eos de manu odientium : et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos : unus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis ejus : et laudaverunt laudem ejus. Cito fecerunt, obliti sunt operum ejus : et non sustinuerunt consilium ejus. Et concupierunt concupiscentiam in deserto : et tentaverunt Deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum : et misit saturitatem in animas eorum. Et irritaverunt 54 Moysen in castris : Aaron sanctum Domini. Aperta est terra, et deglutivit Dathan, et

A operuit super congregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagogam eorum : flamma combussit peccatores. Et fecerunt vitulum in Horeb : et adoraverunt sculptile. Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fenum. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham : terribilia in mari Rubro. Et dixit ut disperderet eos : si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus. Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos : et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non crediderunt verbo ejus, et murmuraverunt in tabernaculis suis : non exaudierunt vocem Domini. Et elevavit manum suam super eos : ut prosterneret eos in deserto. Et ut dejiceret semen eorum in nationibus, et disperderet eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphégor : et comedenterunt sacrificia mortuorum. Et irritaverunt eum in adinventionibus suis : multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees, et placavit : et cessavit quassatio. Et reputatum est ei in justitiam in generatione et generationem, usque in sempiternum. Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis : et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbaverunt spiritum ejus. Et distinxit in Iabiis suis : non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis. Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum : et servierunt sculptilibus eorum : et factum est illis in scandalum. Et immolaverunt filios suos et filias suas daemoniis. Et effuderunt sanguinem innocentem : sanguinem filiorum suorum et siliarum suarum : quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, et contaminata est in operibus eorum. et fornicati sunt in adinventionibus suis. Et iratus est furore Dominus in populum suum : et abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus gentium : et dominati sunt eorum, qui oderint eos. Et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum, saepe liberavit eos. Ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo : et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur : et audivit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui : et posuit eum secundum multitudinem misericordiarum sue. Et dedit eos in misericordias : in conspectu omnium qui cœperant eos. Salvos fac nos, Domine Deus noster, et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini sancto tuo : et gloriemur in laude tua. Benedictus Dominus Deus Israel, a seculo et usque in sæculum : et dicet omnis populus, Fiat, fiat.

*Ut supra.* Deus in sancto via tua, quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.

*Oratio.* Memento nostri, Domine, in beneplacito populi tui, et a peccati nos servitute discussos, Salutaris tui visitatione salvifica. Per Dominum.

#### PSALMUS.

(PSAL. CVI.) Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus. Dicant qui

**A** redempti sunt a Domino, quos redemit de manu ini- mici : et de regionibus congregavit eos. A solis ortu et occasu, ab aquilone et mari. Erraverunt in solitu- dine in inaquoso : vias civitatis habitaculi non invenierunt. Esurientes et sitiens : anima eorum in ipsis defecit. Et clamaverunt ad Dominum cum tribula- rentur : et de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam : ut irent in civitatem habitationis. Confiteantur Domino misericordiae ejus : et mirabilia ejus filiis hominum. Quia satiavit animam inarem : et animam esurientem satiavit bo- nis. Sedentes in tenebris et umbra mortis : vincitos in mendicitate et ferro. Quia exacerbaverunt eloquia Dei : et consilium Altissimi irritaverunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum ; infirmati suat, nec fuit qui adjuvaret. Et clamaverunt ad Domi- num cum tribularentur : et de necessitatibus eorum liberavit eos. Et eduxit eos in tenebris et umbra mortis : et vincula eorum disrupti. Confiteantur Do- mino misericordiae ejus : **55** et mirabilia ejus filiis hominum. Quia contrivit portas æreas : et vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum : propter injusticias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum, et ap- propinquaverunt usque ad portas mortis. Et clama- verunt ad Dominum cum tribularentur : et de neces- sitatibus eorum liberavit eos. Misit verbum suum et sanavit eos : et eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur Domino misericordiae ejus : et mirabilia ejus filiis hominum. Et sacrificient sacrificium laudis, et annuntient opera ejus in exultatione. Qui descen- dent mare in navibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo. Dixit, et stetit spiritus procellæ : et exaltati sunt fluctus ejus. Ascendent usque ad cœlos, et descendunt usque ad abyssos : anima eorum in malis tabescet. Turbati sunt et moti sunt sicut ebrios : et omnis sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur : et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam ejus in auram : et siluerunt fluctus ejus. Et lætati sunt quia siluerunt : et deduxit eos in portum volun- tatis eorum. Confiteantur Domino misericordiae ejus : et mirabilia ejus filiis hominum. Et exaltent eum in Ecclesia plebis : et in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum : et exitus aquarum in sicutum. Terram fructiferam in salsuginem, a mali- tia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum : et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocavit illic esurientes : et constituerunt civi- tatem habitationis. Et seminaverunt agros, et plan- taverunt vineas : et fecerunt fructum nativitatis. Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis : et jumenta eorum non minoravit. Et pauci facti sunt : et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contentio super principes : et errare fecit eos in in- viò, et non in via. Et adjuvit pauperem de inopia : et posuit sicut oves familias. Videbunt recti, et læta- bantur : et omnis iniquitas oppilavit os suum. Quis

**B** sapiens, et custodiet hæc ? et intelliget misericordias Domini.

*Ut supra.* Misericordias Domini in æternum can- tabo. In generatione et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

*Oratio.* Confitemur, Domine, misericordias tuas, quas jugiter circa nostras exerces inopias : precan- tes, ut qui exaltatus in ecclesiis [F., in excelsis] resides ad dexteram Patris in throno, nolis tantæ misererationis et intelligere et custodire concedas arcanum. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. CX.) Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo : in concilio justorum et congregatione. Magna opera Domini : exquisita in omnes voluntates ejus. Confessio et magnificientia opus ejus : justitia ejus manet in sæculum sæculi. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors et miserator Dominus escam dedit timentibus se. Meinor erit in sæculum testamen- ti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo. Ut det illis hæreditatem gentium : opera manuum ejus, veritas et judicium. Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate et æquitate. Redemptionem misit populo suo, mandavit in æternum testamentum suum. Sanctum et terribile nomen ejus : initium sapientiae, timor Domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum : laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

*Ut supra.* Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

*Oratio.* Sanctorum omnium gloria confessio, Deus, tribue nobis timorem nominis tui, quod esse initium sapientiae prædixisti, ut tuorum commissi conciliis misericordie tue dapi bus saginemur. Pe..

#### 56 PSALMUS.

(PSAL. CXI.) Beatus vir qui timet Dominum : in mandatis ejus volet nimis. Potens in terra erit se- men ejus : generatio rectorum benedicetur. Gloria et divitiae in domo ejus : et justitia ejus manet in sæ- culum sæculi. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors et miserator et justus. Jucundus homo qui miseretur et commodat, disponit sermones suos in iudicio : quia in æternum non commovebitur. In memoria æterna erit justus : ab audione mala non timebit. Paratum cor ejus sperare in Domino: confirmatum est cor ejus, non commovebitur, donec despiciat inimicos ejus. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi : cornu ejus exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet : desiderium pecca- torum peribit.

*Ut supra.* Confitebuntur cœli mirabilia tua, Do- mine : etenim veritatem tuam in Ecclesia sancto- rum.

*Oratio.* Lumen perpetuum rectorum cordium, Deus, concede nobis te diligere, tua gloria jucundi- dari, et sic despicer hoc sæculum in presenti, ut caveamus auditum asperum in futuro. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXII.) Laudate, pueri, Dominum; laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc et usque in saeculum. A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini. Excelsus super omnes gentes Dominus: et super caelos gloria ejus. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra? Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui. Qui habitat facit sterilem in domo: matrem filiorum latenter.

*Ut supra.* Sit nomen ejus benedictum in saecula, ante solem permaneat nomen ejus. Et benedictum nomen maiestatis ejus in eternum, et replebitur maiestate ejus omnis terra: Fiat, fiat.

*Oratio.* Laudantes benedictum nomen tuum omnipotens Deus, rogamus ut nos in sinu matris Ecclesiae collocatos charitatis tuae facias stabilitate connecti. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXIII.) In exitu Israel de Aegypto, domus Jacob de populo barbaro. Facta est Iudea sanctificatio ejus, Israel potestas ejus. Mare vidit et fugit: Jordanis conversus est retrorsum. Montes exultaverunt ut arietes: et colles sicut agni ovium. Quid est tibi mare quod fugisti? Et tu Jordanis quia conversus es retrorsum? Montes exultasti sicut arietes: et colles sicut agni ovium. A facie Domini mota est terra: a facie Dei Jacob. Qui convertit petram in stagna aquarum, et rupem in fontes aquarum. Non nobis, Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes, ubi est Deus eorum? Deus autem noster in celo: omnia quæcunque voluit, fecit. Simulacra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur: oculos habent, et non videbunt. Aures habent, et non audient: nares habent, et non odorabunt. Manus habent, et non palpabunt, pedes habent, et non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis flant, qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus Israel speravit in Domino: adjutor eorum et protector eorum est. Domus Aaron speravit in Domino: adjutor eorum et protector eorum est. Qui timent Dominum, speraverunt in Domino: adjutor eorum et protector eorum est. Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent Dominum: pusillis cum majoribus. **57** Adjiciat Dominus super vos: super vos et super filios vestros. Benedicti vos a Domino: qui fecit celum et terram. Celum caeli Domino: terram autem dedit filiis hominum. Non mortui laudabunt te, Domine: neque omnes qui descendunt in infernum. Sed nos, qui vivimus, benedicimus Domino: ex hoc nunc et usque in saeculum.

*Ut supra.* Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum et terram.

**A** *Oratio.* Ineffabile nomen Trinitatis Deus, qui fluens Jordanis aspectu tui luminis terruisti, praesta, ut quos ablutos sacro baptismate renovasti, nunquam patiaris a vetitis simulacrorum idolis maculari. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXIV.) Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae. Quia inclinavit aurem suam mihi: et in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen Domini invocavi. O Domine, libera animam meam: misericors Dominus et justus, et Deus noster misereatur. Custodiens parvulos Dominus: humiliatus sum, et liberavit me. Convertere, anima mea, in requiem tuam: quia Dominus beneficit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu. Placebo Domino in regione vivorum.

*Ut supra.* In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte, et pedes meos de lapsu: ut placeam coram Deo in lumine viventium.

*Oratio.* Ablutor peccatum, Domine, qui animam te fideliter invocantem velociter consolaris; rogamus ut nos a periculis inferni erutos in regione vivorum, ablata peccati morte, restituas. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXV.) Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus. pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. O Domine, quia ego servus tuus: ego servus tuus et filius ancille tuæ. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: in atris domus Domini in medio tui Hierusalem.

*Ut supra.* Lætamini in Domino, et confiteamini memorie sanctificationis ejus.

*Oratio.* Talis sit, quæsumus Domine, vita supplicum, sicut est in conspectu tuo mors pretiosa sanctorum; ut a vinculis peccati liberi mereamur futore Hierusalem gaudiis prælibari. Per Dominaum.

## PSALMUS.

(PSAL. CXVI.) Laudate Dominum, omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: et veritas Domini manet in eternum.

*Ut supra.* Omnis terra adoret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicam nomini tuo.

*Oratio.* Omnipotentissime dominator, qui ab omnium gentium ore laudaris, precamur ut dilates veritatem tuam in mente nostra, et confirmes super nos misericordiam tuam. Per.

## 58 PSALMUS.

(PSAL. CXVII.) Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in sacerdum misericordia ejus. Dicat nunc Israël quoniam bonus : quoniam in sacerdum misericordia ejus. Dicat nunc domus Aaron : quoniam in sacerdum misericordia ejus. Dicant nunc, qui timent Dominum : quoniam in sacerdum misericordia ejus. De tribulatione invocavi Dominum : et exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adjutor : non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor : et ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Omnes gentes circuerunt me : et in nomine Domini, quia ulti sum in eos. Circumdantes circumdederunt me : et in nomine Domini, quia ulti sum in eos. Circumdederunt me sicut apes, et exarserunt sicut ignis in spinis : et in nomine Domini, quia ulti sum in eos. Impulsus eversus sum, ut caderem : et Dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea Dominus : et factus est mihi in salutem. Vox exultationis et salutis in tabernaculis justorum. Dextera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me : dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed vivam : et narrabo opera Domini. Castigans castigavit me Dominus : et morti non tradidit me. Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino : haec porta Domini, justi intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem. C lapidem quem reprobaverunt aedificantes : hic factus est caput anguli. A Domino factum est istud : et est mirabile in oculis nostris. Haec est dies, quam fecit Dominus : exsultemus et latemur in ea. O Domine, salvum me fac, o Domine, bene sperare : benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini : Deus Dominus et illuxit nobis. Constituite diem solemnum in condensis : usque ad cornu altaris. Deus meus es tu, et confitebor tibi : Deus meus es tu, et exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem. Confitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in sacerdum misericordia ejus.

*Ut supra.* Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

*Oratio.* Consolatio tribulationum nostrarum, piissime Domine, qui justorum tabernacula letitia et exultatione perfundis, exalta Ecclesiam tuam virtute potenter dexteræ, qua fiat porta justitiae; et ita se angustari stabilitate connectat, ut tua resurrectione clarificate fulgeat. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXXXIV.) Laudate nomen Domini : laudate servi Dominum. Qui statis in domo Domini : in atrio domus Dei nostri. Laudate Dominum, quia bonus Dominus : psallite nomini ejus, quoniam suave. Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi. Quia ego cognovi, quod magnus est

A Dominus : et Deus noster præ omnibus diis. Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in celo et in terra : in mari et in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terræ : fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis : qui percussit primogenita Ægypti ab homine usque ad pecus. Et misit signa et prodigia in medio tui, Ægypte : in Pharaonem et in omnes servos ejus. Qui percussit gentes multas, et occidit reges fortes. Seon regem Amorrhæorum, et Og regem Basan, et omnia regna Chanaan. Et dedit terram eorum hereditatem : hereditatem Israel populo suo. Domine, nomen tuum in æternum : Domine, memoriale tuum in generatione et generationem. Quia judicabit Dominus populum suum : et in servis tuis deprecabitur. Simulacra gentium argentum et aurum : opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur : oculos habent, et non videbunt. Aures habent, et non audient : neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis siant, qui faciunt ea : et omnes, qui confidunt in eis. Domus Israel benedicte Domino : domus Aaron benedicte 59 Domino. Domus Levi benedicte Domino : qui timetis Dominum, benedicte Domino. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.

*Ut supra.* Benedictus Dominus Deus Israel a sacerculo, et usque in sacerdum, et dicet omnis populus : Fiat, fiat.

*Oratio.* Suavitas eximia Deus, quem omnis terra pro dulcedinis benignitate collaudat; rogamus ut, ablato a nobis vanæ superstitionis errore, tuis voluntatibus connectamur. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXXXV.) Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Deo deorum : quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Domino dominorum : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui facit mirabilia magna solus : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui fecit cœlos in intellectu : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui firmavit terram super aquas : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui fecit luminaria magna : quoniam in æternum misericordia ejus. Solem in potestatem diei : quoniam in æternum misericordia ejus. Lunam et stellas in potestatem noctis : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui percussit Ægyptum, cum primogenitis eorum : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui eduxit Israel in medio eorum : quoniam in æternum misericordia ejus. In manu potenti et brachio excelso, quoniam in æternum misericordia ejus. Qui dividit mare rubrum in divisiones : quoniam in æternum misericordia ejus. Et eduxit Israel per medium ejus : quoniam in æternum misericordia ejus. Et excussum Pharaonem et virtutem ejus in mari Rubro : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui traduxit populum suum per desertum : quoniam in sacerdum misericordia ejus. Qui percussit reges magnos : quoniam in æternum misericordia ejus. Et occidit reges

fortes : quoniam in æternum misericordia ejus. Seon regem Amorrheorum : quoniam in æternum misericordia ejus. Et Og regem Basan : quoniam in æternum misericordia ejus. Et dedit terram eorum hæreditatem : quoniam in æternum misericordia ejus. Hæreditatem Israel servo suo ; quoniam in æternum misericordia ejus. Qui in humilitate nostra memor fuit nostri : quoniam in æternum misericordia ejus. Et redemit nos ab inimicis nostris : quoniam in æternum misericordia ejus. Qui dat escam omniciarni : quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Deo cœli : quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Domino dominorum : quoniam in æternum misericordia ejus.

*Ut supra.* Domine refugium factus es nobis, a generatione et generatione.

*Oratio.* Memor humilitatis nostræ, miserere nobis omnipotens Deus, et qui quondam patribus nostris terram adversariorum in hæreditate donasti, nos a peccati macula liberatos in tua hæreditate constitue. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. CXLV.) Lauda, anima mea, Dominum, laudabo Dominum in vita mea : psallam Deo meo, quandiu fuero. Nolite confidere in principibus : in filiis hominum, in quibus non est salus. Exhibit spiritus ejus, et revertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus ejus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius : qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Qui custodit veritatem in sœculum, facit judicium injuriam patientibus : dat escam esurientibus. Dominus solvit compeditos : Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elisos : Dominus diligit justos. Dominus custodit advenas, pupillum, et viduam suscipiet : et vias peccatorum disperdet. Regnabit Dominus in sœcula, Deus tuus Sion, in generatione et generationem.

**60** *Ut supra.* Exaltate Dominum nostrum, et adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus Dominus Deus noster.

*Oratio.* Glorioso omnipotens Deus, in quem beatorum animæ totam spei confidentiam ponunt ; concede nobis ut, adjutorio tuo illuminati, valeamus te jugiter mente pura diligere. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. CXLVI.) Laudate Dominum quoniam bonus est psalmus : Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio. Edificans Hierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat contritos corde : et alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum : et omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus : et sapientia ejus non est numerus. Suscipiens mansuetos Dominus : humilians autem peccatores usque ad terram. Precinete Domino in confessione : psallite Deo nostro in cithara. Qui operit cœlum nubibus : et parat terræ pluviam. Qui producit in montibus fenum,

**A** et herbam servituti hominum. Qui dat jumentis escam ipsorum : et pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit : nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum : et in eis qui sperant super misericordia ejus.

*Ut supra.* Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

*Oratio.* Edificator cœlestis Hierusalem Deus, qui multitudinem stellarum et concludis numero, et nominat singulas vocas : sana, quæsumus, contritos corde, dispersos congrega, atque nos in innumerabili sapientia tua locupletare. Per.

#### PSALMUS.

**B** (PSAL. CXLVII.) Lauda Hierusalem Dominum : lauda Deum tuum, Sion. Quoniam confortavit seras portarum tuarum : benedixit filii tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem : et adipè frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ : velociter currit sermo ejus. Qui dat nivem sicut lanam : nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas : ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ? Emittet verbum suum, et liquefaciet ea : flabit spiritus ejus, et fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Jacob : justicias et judicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi : et judicia sua non manifestavit eis.

*Ut supra.* Confitebor Domino secundum justitiam ejus, et psallam nomini Domini Altissimi.

*Oratio.* Conforta, Domine, portas Ecclesiæ tuæ, et pone terminis ejus pacem, eique adipem spiritualis tritici dignanter attribue. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. CXLVIII.) Laudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus. Laudate eum sol et luna : laudate eum omnes stellæ et lumen. Laudate eum cœli cœlorum : et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit et creata sunt. Statuit ea in æternum et in sœculum sœculi : præceptum posuit, et non præteribit. Laudate Dominum de terra : dracones et omnes al yssi. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum : quæ faciunt verbum ejus. Montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri. Bestiæ, et universa pecora, serpentes et volucres pennatæ. Reges terræ et omnes populi, principes et omnes judices terræ. Juvenes et virgines, senes **61** cum junioribus laudent nomen Domini : quia exaltatum est nomen ejus solius. Confessio ejus super cœlum et terram : et exaltavit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis ejus : filiis Israel populo appropinquanti sibi.

*Ut supra.* Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel, ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.

*Oratio.* Excelsorum sedium supereminens et excelsa potestas Deus, concede famulis tuis, ut sicut

cuncta, quæ cernimus, te jubente creata sunt: ita que præcepisti, te custode serventur. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXLIX.) Cantate Domino canticum novum: laus ejus in Ecclesia sanctorum. Lætetur Israel in eo, qui fecit eum: et filii Sion exultent in rege suo. Laudent nomen ejus in choro: in tympano et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum est Domino in populo suo: et exaltavit mansuetos in salutem. Exultabant sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gurgite eorum: et gladii anticipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis judicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

*Ut supra.* Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime. Ad anuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

*Oratio.* Auctor totius bonitatis Deus, qui omnia mansuetudinem te humiliiter confitentem exaltas; præsta, ut sicut sanctos tuos exultare facias in gloria, ita presentem Ecclesiam custodire digneris perpetuis temporibus ab hujus sæculi delectationibus im pollutam. Per Dominum.

## PSALMUS.

(PSAL. CL.) Laudate Dominum in sanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus. Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus. Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio et cithara. Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et organo. Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

*Ue supra.* Laudate nomen ejus, quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, et usque in generationem et generationem veritas ejus.

Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, et reddam vota mea de die in diem.

*Oratio.* Harmonia nostra, Deus, suavissimum metus, qui nostri pectoris modulamina nunc flatibus, aunc fistibus præcipis exercere; præsta, ut dum illa spirituali affectu concinimus, perpetualibus choris interti, te cum omnibus sanctis collaudemus. Per.

## HYMNUS TRIUM PUPERORUM.

(DAN. III.) Benedicite omnia opera Domini De domino: laudate et superexaltate eum in sæcula. Benedicite angeli Domini Domino: benedicte caeli Domino. Benedicite aquæ omnes, quæ super caelos sunt, Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino. Benedicite sol et luna Domino: benedicite stellæ caeli Domino. Benedicite imber et ros Domino: benedicite omnis spiritus Dei Domino. Benedicite ignis et astus Domino: benedicite frigus et astus Domino. Benedicite rores et pruina Domino: benedicite gelu et frigus Domino. Benedicite glacies et nives Domino: benedicite noctes et dies Do-

mino. Benedicite lux et tenebrae Domino: benedicite fulgura et nubes Domino. Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in sæcula. Benedicite montes et colles Domino: benedicte universa germinantia in terra Domino. Benedicite fontes Domino: benedicte maria et flumina Domino. Benedicite cetæ et omnia, quæ moventur in aquis, Domino: benedicte omnes volucres cœli Domino. Benedicte omnes bestiæ et pecora Domino: benedicte filii hominum Domino. Benedicat Israel Domino: laudet et superexaltet eum in sæcula. Benedicite sacerdotes Domini Domino: benedicte servi Domini Domino. Benedicite spiritus et animæ justorum Domino: benedicte sancti et humiles corde Domino. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula. Benedicamus Patrem et Filium, cum sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus eum in sæcula. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli: laudabilis et gloriosus et superexaltatus in sæcula.

*Oratio.* Deus, per quem fides ignem non sentit, et infidelitas sine igne exuritur; qui beatissimos tres pueros fide armatos, conjectos in camino ignis, latto vultu omni ex parte illos hymnum tibi canere fecisti: obsecramus, ut pari dignatione, fide et devotione nos armare, et timoris tui vigore implore digneris, ut a camino vitiorum liberati hymnum dicere, et exaltare nomen tuum in perpetuum mereanur.

## LITANIA.

Parce, Domine, parce populo tuo, quem redemisti, Christe, sanguine tuo: ne in æternum irascaris nobis.

Christe, audi nos.

Præsta mihi, Deus, ut te primum bene roges.

Deinde ut me dignum facias exaudiri.

Deinde ut exaudidas.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Maria, intercede pro me peccatore.

Sancta Maria, adjuva me in die exitus mei ex hac præsenti vita.

Sancte Joannes, ora pro nobis.

Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule, ora pro nobis.

Sancte Andreæ, ora pro nobis.

Sancte Jacobæ, ora pro nobis.

Sancte Joannes, ora pro nobis.

Sancte Thoma, ora pro nobis.

Sancte Jacobæ, ora pro nobis.

Sancte Philippe, ora pro nobis.

Sancte Bartholomæ, ora pro nobis.

Sancte Matthæe, ora pro nobis.

Sancte Tathæe, ora pro nobis.

Omnes sancti apostoli, orate pro nobis.

Sancte Stephane, ora pro nobis.

Sancte Line, ora pro nobis.

Sancte Cleti, ora pro nobis.

Sancte Cleinens, ora pro nobis.

Sancte Sixte, ora pro nobis.

Sancte Cornelii, ora pro nobis.

Sancte Cyprius, ora pro nobis.  
 Sancte Dionysi cum sociis tuis, ora pro nobis.  
 Sancte Laurenti, ora pro nobis.  
 Sancte Maurici cum sociis tuis, ora pro nobis.  
 Sancte Cosme, ora pro nobis.  
 Sancte Damiane, ora pro nobis.  
 Omnes sancti martyres, orate pro nobis.  
 Sancte Hilari, ora pro nobis.  
 Sancte Martine, ora pro nobis.  
 Sancte Silvester, ora pro nobis.  
 Sancte Leo, ora pro nobis.  
 Sancte Ambrosi, ora pro nobis.  
 Sancte Gregori, ora pro nobis.  
 Sancte Germane, ora pro nobis.  
 Sancte Remigii, ora pro nobis.  
 Sancte Amande, ora pro nobis.  
 Sancte Chredoberte, ora pro nobis.  
 Sancte Hieronyme, ora pro nobis.  
 Sancte Benedicte, ora pro nobis.  
 Sancte Maure, ora pro nobis.  
 Sancte Babolene, ora pro nobis.  
 Omnes sancti confessores, orate pro nobis.  
 Sancta Felicitas, ora pro nobis.  
 Sancta Perpetua, ora pro nobis.  
 Sancta Agatha, ora pro nobis.  
 Sancta Lucia, ora pro nobis.  
 Sancta Cæcilia, ora pro nobis.  
 Sancta Agnes, ora pro nobis.  
 Sancta Anastasia, ora pro nobis.  
 Sancta Euphemia, ora pro nobis.  
 Sancta Petronilla, ora pro nobis.  
 Sancta Susanna, ora pro nobis.  
 Sancta Brigida, ora pro nobis.  
**63** Omnes sanctæ virgines, orate pro nobis.  
 Propitius esto, parce nobis, Domine.  
 Propitius esto, libera nos, Domine.  
 Ab omni malo, libera nos, Domine.  
 Ab omni tentatione, libera nos, Domine.  
 Ab omni cogitatione mala, libera nos, Domine.  
 Ab omni iniquitate, libera nos, Domine.  
 Ab omni immunditia cordis et corporis, libera nos, Domine.

Per crucem tuam, libera nos, Domine.

Peccatores, te rogamus audi nos.

Ut pacem nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut indulgentiam delictorum nostrorum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut remissionem peccatorum nostrorum nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut gratiam sancti Spiritus cordibus nostris clementer infondere digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut intercessionem sanctorum tuorum nobis do-

<sup>a</sup> Exstat in libello precationum Caroli Calvi, pag. 11, sub hoc titulo: *Confessio quam Alcuinus composuit Carolo imperatori. Apud Marten. de ant. Eccl.*

A nare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut sanctam charitatem tuam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut fidem rectam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut spem firmam in tua bonitate nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut vitam æternam nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Ut laudem sancto nomini tuo nobis donare digneris, Domine Jesu, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

**B** Christe audi nos. Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison. Pater noster.

Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. Exaltare super cœlos Deus, et super omnem terram gloriam tuam, ut liberentur dilecti tui. Adjutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus: Deus meus, misericordia mea. Benediccam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

**Oratio.** Harmoniaæ nostræ suavissimum melos, Deus, qui nostri pectoris modulamina nunc facibus [Al., flatibus], nunc fletibus præcipis exercere: præsta quæsumus, Domine, ut qui illa spirituali [affectu] concinimus, perpetualibus chorus inserti cum sanctis omnibus gloriari mereamur. Per.

## FERIA II.

### CONFESSIO PECCATORUM PURA ALCUINI <sup>a</sup>.

**b** Deus inestimabilis misericordiae, Deus immensa pietatis, Deus conditor et reparator humani generis, qui confitentium tibi corda purificas, et accusantes se ante conspectum divinae clementiae tue ab omni vinculo iniquitatis absolvis; virtutem tuam totis exoro gemitibus, ut secundum multitudinem miserationum tuarum, de omnibus peccatis meis, de quibus ne mea conscientia accusat, puram mihi coram te concedas agere confessionem; veramque ex his omnibus et condignam mihi tribuas poenitentiam, quæcumque peccavi in cogitationibus pessimis, in meditationibus pravis, in consensu malo, in consilio iniquo, in concupiscentia atque delectatione iminunda, in verbis otiosis, in factis malitiosis, in visa, in auditu, in gusto, in odoratu et tactu. Tu enim, misericors Deus, ad operandum mihi animæ meæ saltem membra singula humanis usibus apta dedisti; sed ego miserrimus omnium et peccator, te æterna salutis auctorem contempsi, et æterna mihi inimico incendia præparanti suadente consensi [Ced. Reg., et æterna mihi incendia præparanti consensi]. Lapeus sum in peccatis, corrui in deliciis [Al. delictis].

Discip., pag. 617.

<sup>b</sup> Pro usu primo, supra, col. 466.

In membris singulis naturæ modum excessi, et impiis me laboribus obnoxium feci. Pedes mei ad currendum in malum, sequendo libidinem, supra modum veloces fuerunt, et in obedientia mandatorum tuorum imbecilles. Crura mea ad me sustinendum in malum fortes [Cod. Reg., fortia]. Genua mea ad fornicationem potius quam ad 64 orationem flexi. In femoribus et in genitalibus meis supra modum in omnibus me immunditiis contaminare [Cod. Reg., in omnibus immunditiis contaminari] non metui, et reum me omni hora peregi. Venter meus et viscera omnia crapula sunt jugiter et ebrietate distenta. In renibus et lumbis, illusione diabolica ac flamma libidinis, turpissimo ardeo desiderio. Latera enim mea luxuriae malitiam [Cod. Reg., luxuriam malitiae] non formidant perpetrare. Dorsum meum ad iniqua robورavi opera, et collum meum in carnali erexi superbia. Humera (Nove dictum) mea ad portanda nequitiae onera subdidi, et brachia illecebrosis jugiter amplexis præbui. Manus meæ plenæ sunt sanguine, omnibusque sordibus sunt polluti; promptæ ad omne opus pravum, pigræ ad aliquid operandum bouum. Os meum nefario pollutum est osculo, et iniqua est concupiscentia maculatum, verbisque luxuriosi ac fabulis otiosis superabundanter me et mendacio coquinavi. Gulæ semper et ebrietati deditus, carnalibus nunquam desideriis satiatus. Sed et lingua mea omni est fallacia profanata. Guttur meum insatiabiliter ardet in gluvie. Aures meæ dolosis sunt obtusæ [A.I., obtusæ] loqueli, promptæ ad omne malum, surde ad omne bonum. In naribus namque sæpius iniquis delectatus sum odoribus, in quibus etiam putredinem delictorum minime horri. Quid igitur dicam de oculis, qui omnibus me fecerunt obnoxium, et némque sensum cordis mei averterunt, quibus in omni consensi libidine? Qui et me, quamvis raro in sanctuario tuo, Domine, te adorantem intuitu perverterunt iniquo, omnemque motum corporis mei ad immunda pertraxerunt desideria. Caput vero meum omnibus supereminens membris, raro unquam ad te Deum cretorem meum incurvavi; sed etiam cæteris membris [Vox membris in cod. Reg. omitt.] in omni malitia consentaneum feci. Cor meum plenum dolo et malitia, nunquam purgavi poenitentia: semperque diabolica pollui illusione, nunquam vera ablui confessione. Non enim hæc narrans tuam, Domine, in me blasphemò creaturam: sed meam a te, piissime Deus, exposco medicinam, qui etiam in omnibus membris meis me reum intelligo super mensuram: quia ut astra cœli atque arenam maris, mea ita innumerabilia cognosco delicta. Insuper etiam ira, tristitia, acedia, jactantia atque desidia, omnibusque octo principalibus vitiis obnoxium me esse prospiceo. Sed tu, Domine, occultorum cognitor, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum quam mortem, tibi omnia cordis mei revelabo arcana.

\* In Cod. Reg. Titulus: *Incipiunt psalmi pœnitentiales numero vii, quæ unaquæque anima quæ Deo placere desiderat, pro remissione peccatorum suorum*

A Respic in me, et miserere mei, fontemque lacrymarum et remissionem omnium peccatorum, intimam mihi cordis confessionem tribue poscenti. Renova, innova [Cod. Reg., innova in me], piissime Pater, quidquid actione, quod verbo, quod ipsa denique cogitatione diabolica fraude vitiatum est; et unitati corporis Ecclesie membrum tuæ redemptoris annexe; et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia, ad sacramentum tuæ reconciliationis admittit. Per Jesum Christum unigenitum Filium tuum Dominum et Salvatorem nostrum, qui tecum una cum sancto Spiritu unus est Dominus, per immortalia regnans sæculorum. Amen

**PSALMI POENITENTIALES <sup>b</sup>.**

**PSALMUS I.**

(Psal. vi.) Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo? Convertere Domine, et eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fetus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem 65 meam suscepit. Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur et erubescant valde velociter.

Ut supra. Domine, convertere, et eripe animam meam; salvum me fac propter misericordiam tuam. Respic, et exaudi me, Domine Deus meus, illumina oculos meos: ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum. Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo.

Oratio. Exauditor omnium Deus, exaudi nostrum fletuum supplicem vocem, et tribue infirmitatis nostris perpetuam firmitatem [Cod. Reg., perpetuam sospitatem]: ut dum dignanter gemitum nostri laboris suscipis, tua nos semper misericordia consideris. Per Dominum.

**PSALMUS II.**

(Psal. xxxi.) Beati quorum remissæ sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus. Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in ærunma, dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi foci: et injustitiam meam non abscondi. Dixi, con-

canere debet.'

<sup>b</sup> Exstant in libello Caroli Galvi, pag. 16 seq., absque orationibus.

sitabor adversum me injustitiam meam Domino : et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ut te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluvio aquarum multarum , ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione, quae circumdedit me : exultatio mea erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo , et instruam te in via hac, qua gradieris : firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus : quibus non est intellectus. In chamo et freno maxillas eorum constringe : qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris : sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit. Lætamini in Domino et exultate justi [Quercet., inusti, mendose] : et gloriamini omnes recti corde.

*Ut supra.* Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris Domine. Secundum magnam misericordiam tuam memento mei tu : propter bonitatem tuam Domine. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo : multum est enim. Delictum meum cognitum tibi feci, et injustitiam meam non abscondi.

*Oratio.* Sancte Domine , qui remissis delictis beatitudinem te confessis attribuis, exaudi vota presentis familie [Al., Ecclesiæ], et confractis peccati aculeis spirituali nos exultatione perfunde. Per Dominum nostrum.

### PSALMUS III.

(PSAL. XXXVII.) Domine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripas me. Quoniam sagittæ tuæ infixa sunt mihi : et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ : non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum : et sicut onus grave gravata sunt super me. Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ : a facie insipientiæ meæ. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem : tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis : rugiebam a gemitu cordis mei. Domine, ante te omne desiderium meum : et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea : et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt. Et qui juxta me erant de longe steterunt : et vim faciebant, qui quererent animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates : et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audiebam : et sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo 66 non audiens : et non habens in ore suo redargutiones. Quoniam in te, Domine, speravi, tu exaudies me, Domine Deus meus. Quia dixi : nequando supergaudeant mihi inimici mei : et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum : et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, et cogitabo

A pro peccato meo. Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me : et multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam sequebar bonitatem. Non derelinquas me, Domine Deus natus : ne discesseris a me. Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

*Preces ut supra.* Domine, ante te omne desiderium meum, et genitus meus a te non est absconditus. Exaudi orationem neam , Domine , et deprecationem meam : auribus percipe lacrymas meas. Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : Domine ad adjuvandum me respice.

*Oratio.* Emitte, Domine, salutare tuum infirmitatis nostris, vulnerum cicatricumque mortalium potentissime medicator; ut omnem gemitum doloremque nostrum coram te deplorantes, valeamus evincere insultationes adversantium vitiorum. Per Dominum nostrum.

### PSALMUS IV.

(PSAL. L.) Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum : dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea : et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco : et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti : incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor ; lavabis me, et super nivem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et lætitiam : et exultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis : et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua: et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas : et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ : et exultabit lingua mea justitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedilsem utique : holocaustus non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion : ut ædificantur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

*Ut supra.* Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Domine, averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Ne memineris, Domine, iniquitatum nostrarum antiquarum : cito anticipent nos misericordiae tue, quia pauperes faci sumus nimis. Adjuva nos, Deus, salutaris noster : propter gloriam nominis tui,

**Domine, libera nos ; et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.**

**Oratio.** Proflue miseracionis ineffabile nomen Trinitatis Deus [Cod. Reg., Persolve miseraciones tuas, nobis ineffabile nomen tuum, Trinitas Deus], qui humani pectoris antrum emundans vitiis, super candorem efficis nivis ; innova, quasumus, in visceribus nostris Spiritum sanctum tuum, quo laudem tuam annuntiare possimus : ut recto principalique spiritu confirmati, mereamur æternis sedibus in Hierusalem cœlestem componi. Per.

### 67 PSALMUS V.

(PSAL. CI.) Domine, exaudi orationem meam : et clamor meus ad te veniat. Non avertas faciem tuam a me : in quaunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quaunque die invocavero te : velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut sumus dies mei : et ossa mea sicut crenum aruerunt. Percussum sum ut fenum, et aruit cor meum : quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhaesit os meum carni meæ. Similis factus sum pellicano solitudinis : factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die reprobarant mihi inimici mei : et qui laudabant me, adversum me jurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ indignationis tuæ : quia elevans allististi me. Dies mei sicut umbra declinaverunt : et ego sicut fenum arui. Tu autem, Domine, in æternum permanes : et memoriale tuum in generatione et generationem. Tu exsurgens misereberis Sion : quia tempus misericordiæ ejus, quia venit tempus. Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus : et terræ ejus miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, et omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificavit Dominus Sion : et videbitur in gloria sua. Respergit in orationem humilium : et non spreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera : et populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Quia prosperit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspergit. Ut audiret gemitus competitorum, ut solveret filios interemptorum. Ut annuntient in Sion nomen Domini : et laudem ejus in Hierusalem. In conveniendo populos in unum et reges terræ : ut serviant Domino. Respondit ei in via virtutis suæ : pacitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne revokes me in dimidio dierum meorum : in generatione et generationem anni tui. Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes : et omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur : tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. Filii servorum tuorum habitabunt : et eorum eorum in sæculum dirigetur.

Ut supra. Deus, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita. In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me, in veritate salutis tuæ.

▲ Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua : secundum multititudinem miseracionum tuarum respice in me. Et ne avertas faciem tuam a puero tuo ; quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, et libera eam : propter inimicos meos eripe me.

**Oratio.** Exorabilis Domine, intende in orationem supplicum tuorum, ut, qui in peccatis detenti tanquam fenum aruimus, respectu cœlestis misericordiae sublevemur. Per.

### PSALMUS VI.

(PSAL. CXXIX.) De profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentæ in vocem deprecationis meæ. Si iniurias observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit ? Quia apud te propitiatio est : et propter legem tuam sustinui te, Domine. Sustinuit anima mea in verbo ejus : speravit anima mea in Domino. A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus ejus.

Ut supra. Domine, vide humilitatem meam et laborem meum : et dimitte universa delicta mea. Ne perdas, Domine, cum impiis animam meam ; et cum viris sanguinum vitam meam. Redime me, Domine, et miserere mei.

68 **Oratio.** Intendant [Cod. Reg., Intende], quæsumus Domine, pietatis tuæ aures in oratione [Ibid., in orationem] supplicum, quia apud te est propitiatio peccatorum : ut non observes iniurias nostras, sed impertas nobis misericordias tuas. Per Dominum.

### PSALMUS VII.

(PSAL. CXLI.) Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua : exaudi me in tua justitia. Et non intres in iudicium cum servo tuo : quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Quia persecutus est inimicus animam meam : humiliavit in terra vitam meam. Collocavit me in obscuris sicut mortuos sculi, et anxiatus est super me spiritus meus : in me turbatum est cor meum. Memor sui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te : anima mea sicut terra sine aqua tibi. Volociter exaudi me, Domine : defecit spiritus meus. Non avertas faciem tuam a me : et similis ero descendenteribus in lacum. Auditam fac mihi manu misericordiam tuam : quia in te speravi. Notam fac mihi viam in qua ambulem : quia ad te levavi animam meam. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in exequitate tua. Educere de tribulatione animam meam, et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes

qui tribulant animam meam : quoniam ego servus tuus sum.

*Ut supra.* Clamavi ad te, Domine, dixi : Tu es spes mea, portio mea in terra viventium. Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. Libera me a consequentibus me, quia confortati sunt super me. Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo : me exspectant justi, donec retribuas mihi.

*Oratio.* Deus qui matutinam sacræ resurrectionis tuæ auditam fecisti jucunditatem ; cum ex inferno rediens replesti terram gaudis, quam reliqueras in obscuris : rogamus potentiae tuæ ineffabilem maiestatem, ut sicut tunc catervam apostolicam gaudere fecisti sacra in anastasi [Cod. Reg., sacra anastasi] : ita hanc Ecclesiam, tuam misericordiam B expansis manibus flagitatem, splendore cœlestis jubaris illustrare digneris. Per Dominum.

*Litanie ut supra.*

#### PRECES.

Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti ? longe a salute mea verba delictorum meorum. Ego autem sum vernis, et non homo : opprobrium hominum, et abjectio plebis. Quoniam tu es, Domine, qui extraxisti me de ventre, spes mea ab uberibus matris meæ : in te projectus sum ex utero. Salva me ex ore leonis : et a cornibus unicornium humilitatem meam. Ne avertas faciem tuam a me, ne declines in ira a servo tuo. Adjutor meus esto, ne derelinquas me : neque despicias me, Deus salutaris meus. Ne simul tradas me cum peccatoribus, et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. Asperges me hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealabor. Exsurge, Domine, adjuva nos : et libera nos propter nomen tuum. Domine Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam : et salvi erimus. Converte nos, Deus salutaris noster, et averte iram tuam a nobis. Deus tu conversus vivificabis nos, et plebs tua ketabitur in te. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

**69 Oratio.** Quæsumus, omnipotens Deus, afflitti populi lacrymas respice, et iram tuæ indignationis averte, ut qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus, sua consolatione liberemur. Per.

*Alia.* Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui, interius exteriusque custodi : ut et ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.

*Item oratio.* Propitiare, Domine, iniquitatibus no-

\* Oratio fer. II et quæ sequuntur usque ad orat. fer III desunt in cod. ms. Regio.

A stris, et exorabilis tuis esto supplicibus, ut concesca venia, quam precamur, perpetuo misericordiae tue munere gloriemur. Per.

#### ORATIO FERIA II, SI QUI SE IN TRIBULATIONIBUS DERE-LICTUM INTELLIGAT, DECANTANDA \*.

**b** Deus, qui contritorum non despicias gemitum, et inœrentium non aspernaris affectum, adesto precibus nostris, quas pietati tuæ pro tribulatione nostra fundere præsumimus : implorantes, ut eas clementer suscipere digneris, tribuasque , ut quidquid contra nos diabolicæ atque humanæ moluntur adversitates, ad nihilum redigas, et consilio pietatis tuæ allidas, ut nullis adversitatibus lesi, sed erepti de omni tribulatione et angustia, læti tibi in Ecclesia tua sancta gratias referamus, per Christum Dominum nostrum : per quem te, summe Deus, rogamus, ut preces has attendas propitiabili dignatione, et ad hanc nostram orationem respicias, quam tibi pro creatione et revelatione nostra a pressura nostræ infirmitatis offerimus. Jam, Domine, respice super nos vultu placibili, et misericordia singulari a nobis amove, quod sævitia malorum permittit, quod inimicorum pravitas infert, quod pravorum in consiliis adversitas alligat, quod ex judicio imminet, quod ex sententia pendet, quod conspiratione machinatur, quod accusatione configitur, quod propriæ merentur iniquitates, quod alienis fictionibus alligatur : quod pressuris dejiciuntur, quod cruciatibus premimur, quod angustiis angustiamur. Non justitia tua , Domine, quæsumus, injustias nostras exerceas : sed potius pietatem tuam in nostris iniquitatibus manifesta. Non nos in persecutione dejicias : non per intolerantiam perdas, sed per tribulationem exerce , per piætatem attolle, per misericordiam rege : quo per se ab inimicorum jaculis tuti, a presenti tribulatione exempti, te Deum unum in Trinitate consona collaudemus voce. Qui cum eo unigenito Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, sanctoque paracleto Spiritu vivis et regnas, Domine Deus omnipotens , per omnia sæcula sæculorum. Amen.

#### PSALMUS.

(PSAL. XII.) Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem : usquequo avertis faciem tuam a me? Quandiu ponam consilia in anima mea : dolorem in corde meo per diem ? Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice et exaudi me, Domine Deus mens. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte : nequando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero : ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum in salutari tuo : cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, et psallam nomini Domini altissimi.

*Ut supra.* Ego autem in multitudine misericordiae tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in

**b** Pro usu sexto, supra, col. 467.

*Justitia tua propter inimicos meos, dirige in conspe-*

*citu tuo viam meam.*

*Oratio.* Ne avertas faciem tuam a nobis omnipotens Deus, ne inimici nostri exaltentur adversus nos sed ita cor nostrum salutaris tui exultatione perfunde, ut faciat nos somnum secundæ mortis evadere. Per.

### 70 PSALMUS.

(PSAL. LXX.) In te, Domine, speravi, non confundar in æternum : in justitia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurem tuam : et salva me. Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum : ut salvum me facias. Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu. Deus meus, eripe me de manu peccatoris : et de manu contra legem agentis et ini- qui. Quoniam tu es patientia mea, Domine; Domine, spes mea a juventute mea. In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ tu es protector meus. In te cantatio mea semper : tanquam prodigium factus sum multis, et tu adjutor fortis. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam : tota die magnitudinem tuam. Ne projicias me in tempore senectutis : cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi : et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in enarratione, dicentes : Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum : quia non est, qui eripiat. Deus ne elongeris a me : Deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahitentes anime meæ : operiantur confusione et pudore, qui querunt mala mihi. Ego autem semper sperabo : et adjiciam super omnem laudem tuam. **O**s meum annuntiabit justitiam tuam : tota die salutare tuum. Quoniam non cognovi litterataram, introibo in potentias Domini : Domine memorabor justitiae tuæ solius. Deus docuisti me a juventute mea : et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et usque in senectam et senium : Deus ne derelinquas me. Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ veatura est. Potentiam tuam et justitiam tuam Deus usque in altissima, quæ fecisti, magnalia : Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas? et conversus vivificasti me : et de abyssis terræ iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam : et conversus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus : psallam tibi in cithara sanctus Israel. Exsultabunt labia mea, cum cantavero tibi : et anima mea, quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam, cum confusi et reveriti fuerint, qui querunt mala mihi.

*Ut supra.* Tu es, Domine, refugium meum; a tribulatione, quæ circumdedit me, exultatio mea erue me a circumdantibus me. Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris a me. Intende in adjutorium meum, Domine salutis meæ.

*Oratio.* Immensam multidinem dulcedinis tuæ, piissime Domine, suppliciter exoramus; ut dum ve-

A ritatem tuam requirimus, tumorem execrabilis superbiae conteramus. Per.

*Alia.* Excelsi solii regnator, æterne Deus, qui spe- rantes in te damnari æternis confusionibus non pa- teris, reple, quæsumus, labia nostra laude tua, et his nos semper meditationibus honorum insinuato- exerce. Per.

### PSALMUS.

(PSAL. XLIII.) Deus auribus nostris audivimus, pa- tres nostri annuntiaverunt nobis. Opus quod opera- tus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit, et plantasti eos : affixisti populos, et expulisti eos. Nec enim in gladio suo pos- sederunt terram : et brachium eorum non salvavit eos. Sed dextera tua, et brachium tuum, et illumi- natio vultus tui : quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse Rex meus et Deus meus : qui mandas salutes Jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu : et in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Non enim in arcu nœo sperabo : et gladius meus non sal- vabit me. Salvasti enim nos de afflitionibus nos : et odientes nos confudisti. In Deo laudabimur tota die : et in nomine tuo confitebimur in sæcula.. Nunc au- tem repulisti et confudisti nos : et non egredieris Deus in virtutibus nostris. Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros : et qui oderunt nos, diripie- bant sibi. Dedisti nos tanquam oves escarum : et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti **71** populu- tum sine pretio : et non fuit multitudo in commu- C tationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostri, subsannationem et derisum his, qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem genti- bus : commotionem capitis in populis. Tota die ve- recundia mea contra me est : et confusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et consequentis. Hæc omnia venerunt super nos, nec oblii sumus te, et inique non egri- mus in testamento tuo. Et non reoessit retro cor no- strum, et declinasti semitas nostras a via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis : et cooperuit nos umbra mortis. Si oblii sumus nomen Dei no- stri : et si extendimus manus nostras ad Deum alienum. Noane Deus requirest ista? ipse enim novit abs- condita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die : aestimati sumus sicut oves occasionis. Exsurge, quare obdormis Domine? exsurge, et ne re- pellas in finem. Quare faciem tuam avertis : obli- sceris inopie nostræ et tribulationis nostræ? Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra : con- glutinatus est in terra venter noster. Exsurge, Do- mine, adjuva nos : et redime nos propter nomen tuum.

*Ut supra.* Deus in nomine tuo salvuni me fac. Deus exaudi orationem meam; auribus percipe verba oris mei.

*Oratio.* Exsurge, Domine, in auxilium nostrum; et erue nos ab opprobriis vitiorum : et qui coram pa- tribus nostris inimicarum gentium regna vicisti, a

persequenteribus inimicis vultus tui illuminatione nos A ut te et vespere et mane, meridieque laudantes, mereamur ab hujus saeculi tempestatibus defensari. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. LIV.) Exaudi Deus, orationem meam, et ne despereris deprecationem meam, intende mihi, et exaudi me. Contristatus sum in exercitatione mea: et conturbatus sum a voce inimici, et a tribulatione peccatoris. Quoniam declinaverunt in me iniquitates: et in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: et contererunt me tenebrae. Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae: et volabo, et requiescam? Ecede elongavi fugiens, et mansi in solitudine. Expectabam eum, qui salvum me fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate. Praecipita, Domine, divide linguas eorum. Quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros ejus iniquitas, et labor in medio ejus, et justitia [L., injustitia]. Et non defecit de plateis ejus usura et dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuerem utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, dux meus et notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum consensu. Veniat mors super illos: et descendant in infernum viventes. Quoniam nequit in habitaculis eorum in medio eorum. Ego autem ad Deum clamavi: et Dominus salvabit me. Vespere et mane, et meridie narrabo et annuntiabo: et exaudiet vocem meam: Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum. Exaudiet Deus, et humiliabit illos, qui est ante secula. Non enim est illis conuolutio, et non timuerunt Deum: extendit manum suam in tribuendo. Contaminaverunt testamentum ejus, divis sunt ab ira vultus ejus: et appropinquavit certillus. Molliti sunt sermones ejus super oleum: et ipsi sunt jacula. Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet: non dabit in eternum fluctuationem justo. Tu vero Deus deduces eos in patrem interitus. Viri sanguinum et dolosi, non dimidiabant dies suos, ego autem sperabo in te Domine.

*Ut supra.* Ego autem cantabo fortitudinem tuam, et exaltabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, et refugium meum in die tribulationis meae. Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus, misericordia mea.

*Oratio.* Bellorum invisibilium optime propugnator Deus, qui in te confitentes ab iniurias obrui non permittis; exterige, precamur, ab oculis nostris 72 peccata lacrymarum, ut dum carnalia bella comprimimus, placere tibi in lumine viventium mereamur. Per.

*Alia.* Jesu Domine, qui ante secula cum Patre et Spiritu sancto manens, conditionemque humanam suscipiens, ab unianimo discipulo proditus mortem subiisti pro perditis: exaudi orationem supplicum,

A ut te et vespere et mane, meridieque laudantes, mereamur ab hujus saeculi tempestatibus defensari. Per.

B PSALMUS.

(PSAL. LV.) Miserere mei Deus, quoniam concavavit me homo: tota die impugnans tribulavit me. Concavaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversum me. Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo. In Deo laudabo sermones meos, in Deo speravi: non timebo, quid faciat mihi caro. Tota die verba mea execrabantur: adversum me omnes cogitationes eorum in malum. Inhabitabent et abscondent: ipsi calcaneum meum observabunt. Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo salvos facies illos: in ira populos constringes. Deus vitam meam annuntiavi tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Sicut et in promissione tua: tunc convertentur inimici mei retrorsum. In quaunque die invocavero te: ecce cognovi quoniam Deus meus es. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speravi, non timebo, quid faciat mihi homo. In me sunt Deus vota tua; que reddam laudationes tibi. Quoniam eripueristi animam meam de morte, et pedes meos de lapso, ut placent coram Deo in lumine viventium.

C *Ut supra.* Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Da nobis, Domine, auxilium de tribulatione; et vana salus hominis.

*Oratio.* Transfer, Domine, iniquitatem familie hu-  
jus sub tuarum alarum umbra sperantis, ut missam de celo misericordiam tuam, a nequissimis, quibus insidiatur, foveis eruamur. Per.

*Litanie ut supra.*

In die tribulacionis mee Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, et non sum deceptus. Domine Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus. Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Jacob. Pro-  
tector noster aspice Deus, et respice in faciem Christi tui. Nunquid in eternum irasceris nobis, aut exten-  
des iram tuam a generatione in generationem? Deus tu conversus vivificabis nos, et pleba tua letabitur in te. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis. Respice in me, et misere-  
re mei; quia unicus et pauper sum ego. Tribula-  
tiones cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erue me. Adjutor mens esto, ne derelin-  
quas me, neque despicias me, Deus salutaris meus. Ego autem in te speravi, Domine, dixi: Deus meus es tu, in manus tuis sortes mee. Eripe me de manus inimicorum meorum, et a persequenteribus me. Illu-  
stra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua, Domine, non confundar, quoniam invocavi te. Ne memineris, Domine, ini-  
quitatibus nostrarum antiquarum, cito anticipent nos

misericordiae tue, quia pauperes facti sumus nimis.

*Oratio.* Aduja nos, Deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitiatus esto peccatis nostris propter nomen tuum. Dimitte, Deus, peccata nostra, et tribue nobis misericordiam tuam oris nostri deprecatus alloquio, ac humilitatem attende, vincula solve, delicta dele, tribulationem inspice, adversitatem repelle, effectumque petitionis nostrae largiens et benignus clementer exaudi. Per.

Omnipotens sempiterne Deus, qui subvenis in periculis et necessitatibus laborantibus, majestatem tuam suppliciter exoramus, ut mittere digneris sanctum angelum tuum, qui nos in angustiis et necessitatibus nostris laborantes, consolationibus foveat tuis, quibus et de presenti tribulatione consequamur auxilium, et aeterna remedia comprehendere valeamus. Per.

### 73 FERIA III.

#### AD SPECIALES ORATIONES FACIENDAS.

• Miserere Domine, miserere Christe : tu misericordia mea, miserere mihi [Cod. Reg., miserere mei]. Miserere Domine, miserere Christe ; ut credam in te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut diligam te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut cognoscam te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut sperem in te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut anima mea vivat in te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut caro mea exsultet in te. Miserere Domine, miserere Christe ; ut vita mea [Cod. Reg., ut anima mea] proficiat in te [Martene, perficiatur in te]. Miserere Domine Deus Pater, gloria mea, vita mea. Miserere Christe Salvator, salus mea, fortitudo mea. Miserere Spiritus paraditus, consolatio mea, illuminatio mea. Miserere Domine Deus, Trinitas et unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor. Pax mea, spes mea, laus mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea. Tibi laus ; tibi gloria, tibi gratiarum actio semper et ubique in saecula sempiterna.

Deus adjutorium, ter.

#### PSALMUS.

(PSAL. LVI.) <sup>b</sup> Exaudi Domine justitiam meam : intende depreciationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi tui videant aequitatem. Probasti cor meum, et visitasti nocte : igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Ut non loquatur os meum opera hominum : propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis : ut non moveantur vestigia mea. Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus : inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea. Misifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te. A resistantibus dexteræ tuæ custodi me ut popillam oculi. Sub umbra alarum tuarum

A protege me, a facie impiorum, qui me affixerunt. Inimici mei animam meam circumcididerunt : adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me, nunc circumdederunt me : oculos suos statuerunt declinare in terram. Suscep- runt me sicut leo paratus ad praedam, et sicut catulus leonis habitans in abditis. Exsurge, Domine, præveni eum, et supplanta eum : eripe animam meam ab impiis, frameam tuam ab inimicis manus tue. Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum : de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filii : et dimiserunt reliquias suas parvulis suis. Ego autem in justitia apparebo conspectui tuo : satiabor, cum apparuerit gloria tua.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam. Miserere mei, Domine, et exaudi orationem meam. Intende voci orationis meæ, Rex meus, et Deus meus. Quoniam ad te orabo, Domine, mane exaudies vocem meam.

*Oratio.* Converte, Domine, oculos cordis nostri, ad cernendam tui judicii veritatem, ut, dum hic igne spirituali probamur, de tuis in aeternum conspectibus cum fructu justitiae satiemur.

#### PSALMUS.

(PSAL. XXIV.) <sup>c</sup> Ad te Domine levavi animam meam : Deus meus in te confido, non erubescam. Neque irrideant me inimici mei : etenim universi, qui sustinent te, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes supervacue. Vias tuas, Domine, demonstra mihi : et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, et doce me : quia tu es Deus Salvator meus, et te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quæ a seculo sunt. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine. Dulcis et rectus Dominus : propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio : docebit milites vias suas. Universæ viae Domini misericordia et veritas : requirentibus testamentum ejus, et testimonia ejus.

**74** Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo : multum est enim. Quis est homo qui timet Dominum ? legem statuit ei in via, quam elegit. Anima ejus in bonis demorabitur : et semen ejus haereditabit terram. Firmamentum est Dominus iumentibus eum : et testamentum ipsius ut manifestetur illis. Oculi mei semper ad Dominum : quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Respice in me, et miserere mei : quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt : de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laborem meum : et dimitte universa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt : et odio iniquo oderunt me. Custodi animam meam

<sup>b</sup> In libello Caroli Calvi, pag. 32, absque orationibus.

<sup>c</sup> Ibid., pag. 34, absque orationibus.

\* Apud Marten., de antiqu. Eccl. Discipl., p. 633.  
— Pro usu secundo, supra, col. 463.

et erue me : non erubescam, quoniam speravi in te. *et* *confiteantur* tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedic nos Deus, Deus noster, benedic nos Deus : et metuant eum omnes fines terrae.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine, miserere mei : sana animam meam, quoniam peccavit tibi. Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi : miserere mei, et exaudi me. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea : faciem tuam, Domine, requiram.

*Oratio.* Libera nos ab omnibus angustiis nostris, misissime Deus, qui ad te animas nostras erigimes : obliviscere, quæsumus, delicta juventutis, et ignorantie prioris ; et si quid negligenter delinquimus, clementer igaosce. Per <sup>a</sup>.

#### PSALMUS.

(PSAL. LIII.) <sup>b</sup> Deus in nomine tuo salvum me fac : et in virtute tua judica me. Deus exaudi orationem meam : auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortæ quæsierunt animam meam : et non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Ecce enim Deus adjuvat me : et Dominus susceptor est animæ meæ. Averte mala inimicis meis : et in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi : et confitebor nomini tuo Domine, quoniam boauum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : et super inimicos meos despxexit oculus meus.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine miserere mei. Ad te, Domine, clamabo, Deus meus, ne sileas a me : ne quando taceas a me, et assimilabor descendantibus in lacum. Exaudi, Domine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te ; dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua : Domine, non confundar, quoniam invocavi te.

*Oratio.* Jesu Domine, qui ante sæcula manens, conditionemque humanam suscipiens ab unianimo discipulo proditus mortem subiisti pro perditis : exaudi orationem supplicum, et præsta, ut te vespere meridieque laudantes mereamur ab hujus sæculi tempestibus defensari, per te Deus noster, qui cum æterno Patre vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen <sup>c</sup>.

#### PSALMUS.

(PSAL. LXVI.) <sup>d</sup> Deus misereatur nostri, et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam : in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus : confiteantur tibi populi omnes. Lætentur et exsultent gentes, quoniam judicas

<sup>a</sup> In Cod. ms. Regio loco hujus orationis legitur sequens : « Vide, quæsumus, Domine, humilitatem nostram, et propitiare peccatis nostris, quia multa sunt : et præsta, ut ita desleamus præterita, ut præsentia caveamus. Per. »

<sup>b</sup> In libello Caroli Calvi, pag. 41, absque orat.

<sup>c</sup> In cod. Reg. oratione priori omissa hæc habetur : « Salvifica, Domine, Ecclesiam in tui nominis protectione fidentem, ut despctis inimicis voluntaria te confessione magnificet. Per. »

A populos in sequitate. et gentes in terra diriges. Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedic nos Deus, Deus noster, benedic nos Deus : et metuant eum omnes fines terræ.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine, miserere mei. Adjuva nos Deus salutaris noster : propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. Et propitius esto <sup>e</sup> 75 peccatis nostris propter nomen tuum. Fiat, Domine, misericordia tua super nos : quemadmodum speravimus in te. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ et in mari longe.

*Oratio.* Illumina, Domine, vultum tuum super nos, et misericordiam nobis uberem, benedictionemque largire. Per <sup>f</sup>.

B

#### PSALMUS.

(PSAL. LIX.) <sup>g</sup> Deus, in adjutorium meum intende : Domine, adadjuvandum me festina. Confundantur et reverentur, qui querunt animam meam. Avertantur retrorsum et erubescant, qui volunt mihi mala. Avertantur statim erubentes : qui dicunt mihi : Euge, euge ! Exsultent et lætentur in te omnes, qui querunt te : et dicant semper : magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus et pauper sum : Deus adjuva me. Adjutor meus et liberator meus es tu : Domine, no moreris.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine miserere mei. Deus ne elongeris a me : Deus meus in auxilium meum respice. Ego autem in te, Domine, semper sperabo : et adjiciam super omnem laudem tuam. Adjuva me, Domine Deus meus : salvum me fac secundum misericordiam tuam.

*Oratio.* Inexhausti adjutorii Deus æterne, ad adjuvandum familiæ tuae supplicanti [Cod. Reg., familiæ supplici] festinus occurre : ut evictis macarorum [Cod. Reg., ut evictis malorum] opprobriis, tuis semper auxiliis muniamur.

#### PSALMUS.

(PSAL. XXX.) <sup>h</sup> In te Domine speravi, non confundar in æternum : in justitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam : accelera ut eruas me. Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii : ut salvum me facias. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu : et propter nomen tuum deduces me, et entrries me. Educere me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi : quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendō spiritum meum : redemisti me, Domine Deus veritatis. Odisti observantes vanitates supervacue. Ego autem in Domino speravi : exultabo et lætabor in misericordia tua.

<sup>d</sup> Loco citato, pag. 42.

<sup>e</sup> In eod. Codice loco prioris : « Illumina, Domine, vultum tuum super nos, benedic i nemque nobis perpetuam largire ; ut confitentes tibi in timore sancto fructum justitiae coram facias majestatis tuae reportare mereamur. Per. »

<sup>f</sup> Loc. cit., pag. 43.

<sup>g</sup> Loc. cit., pag. 37.

Quoniam respexisti humilitatem meam, salvasti de necessitatibus animam meam. Nec coadūcisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatiose pedes meos. Miserere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, et venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus. Infirmitas est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium: vicens meis valde, et timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt a me: oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu. In eo dum convenienter simul adversum me: accipere animam meam conciliati sunt. Ego autem in te speravi Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae. Eripe me de manu inimicorum meorum, et a consequentibus me. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua Domine: non confundar, quoniam invocavi te. Erubescant iniipi, et deducantur in infernum: muta flant labia dolosa, quae loquuntur adversus justum iniquitatem in superbia, et in abusione. Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te! Perfecisti eis, qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tuae, a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum. Benedictus Dominus: quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita. Ego autem dixi in excessu mentis meae: projectus sum a facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meae, dum clamarem ad te. **76** Dilige Domum, omnes sancti ejus: quoniam veritatem requiri Dominus, et retribuet abundanter facientibus superbiam. Venerabiliter agite, et confortetur cor vestrum: omnes qui operatis in Domino.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine, miserere mei. Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, et exaudi me. Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. In quaunque die invocabero te, velociter exaudi me.

*Oratio.* Excelsi solii regnator immense [Cod. Reg., regnator aeternus], qui sperantes in te damnari aeterna confusione non pateris: reple, quæsumus, labia nostra [laude tua] et in his nos semper meditationibus bonorum insinuator exerce [Cod. Reg., exercere digneris]. Per.

### PSALMUS.

(PSAL. LXXXV.) **a** Inclina Domine aurem tuam, et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die:

**a** Loco citato, pag. 44.

**A** lætifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine, animam meam levavi. Quoniam tu Domine suavis et mitis: et multæ misericordiae omnibus invocantibus te. Auribus percipe Domine orationem meam: intende voci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudisti me. Non est similis tui in diis, Domine: et non est secundum opera tua. Omnes gentes, quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te Domine: et glorificabunt nomen tuum. Quoniam magnus es tu, faciens miracula: tu es Deus solus. Deduc me, Domine, in via tua, et ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Conflitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in æternum. Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animam meam ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerunt super me: et synagoga potentium quæsierunt animam meam: et non proposuerunt te in conspectu suo. Et tu, Domine Deus misericordia et misericors, patiens et multæ misericordiae, et verax. Respic in me, et miserere mei, da imperium tuum pueru tuo: et salvum fac filium ancillæ tue. Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur: quoniam tu, Domine, adjuvisti me et consolatus es me.

*Ut supra.* Ego dixi, Domine miserere mei. Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne discesseris a me. Intende in adjutorium meum, Domine Deus salutis meæ. Adjutor meus, et protector meus, tu es Deus meus, ne tardaveris.

*Oratio.* Lætifica, Domine, vultum familiæ tuae [Cod. Reg., vultum tuum super familiam tuam], et erue animas nostras ex inferno inferiori, ut tui vultus contemplatione protecti, desideria carnis spiritali dominatione calcernus. Per.

### Litanie ut supra.

Ego dixi, Domine Deus meus, in te speravi. Salvum me fac ex omnibus consequentibus me, et libera me. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat. Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice. Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum, et exsurge in adjutorium mihi. Erfunde frameam, et conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum. Domine averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniurias meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua; et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principaliter confirma me. Eripe me, Domine, ab homine malo, a viro iniquo eripe me. Non tradas, Domine, desiderio meo peccatori, cogitaverunt contra me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur. Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci meæ, cum clamavero ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum meæ:

rum sacrificium vespertinum. Pone, Domine, custodiām ori meo; et ostium circumstantiā tabis meis. Non declines cor meum in verba **77** malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua justitia. Et non intres in judicio cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi. Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te levavi animam meam. Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta, propter nomen tuum Domine: vivificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam, et misericordia tua disperdes inimicos meos. Et perdes omnes, qui tribulant animam meam, quoniam ego servus tuus sum. Domine exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. Miserere mei, Deus, secundum magnam etc. \*

#### ORATIO SANCTI AUGUSTINI.

Tibi soli, Domine, peccavi, quia nullus hominum sine peccato: et ideo tibi soli peccavi, quia tu solus es sine peccato. Da, Domine, misericordiam misero, qui tandiu pepercisti criminose. Aspice ad infeliciem pietas immensa. Respice crudelē misericordia publica. Pene desperatus ad omnipotentem venio, vulneratus ad medicum curro. Serva, Domine, pietaatem mansuetudinis, qui tandiu suspendisti gladium ultiōnis. Dele numerositatem criminum multitudine misericordiarum. . . *Hic nonnulla desunt.*

Et ego ad te, Domine, clamavi, et mane oratio mea præveniet te. Ut quid, Domine, repellis orationem meam, avertis faciem tuam a me? Pauper sum ego, et in laboribus a juventute mea: exaltatus autem, humiliatus et conturbatus. In me transierunt iræ tuæ: et terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum, et notos meos a miseria.

*Oratio.* Redemptor omnium, ineffabilisque Salvator Deus, qui pro nobis inferna penetrans, factus es inter mortuos liber: exaudi matutinam precem: miserere, Domine, familiæ, et erue nos ab inimici insidiantis pessima servitute. Per.

*Alia oratio.* Palma totius beatitudinis Deus, qui fidèles tuos, ut in lege tua ambulent, testimonia tua scrutentur, mandata custodiant, salubris provisor informas: concede nobis justificationes tuas toto corde quærere, eloquia intelligere, mirabilia prædicare: ut qui hactenus quasi perditæ oves erravimus, tuis piis humeris restitui paradiso gloriemur. Per.

*Litanie ut supra.*

Deus, propitius esto mihi peccatori. Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus,

\* Hic deficit cod. ms. Reg.

et non est sanitas in carne mea. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim. Delicta quis intelligit? ab occulus meis munda me: et ab alienis parce servo tuo. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, dele ini-quitatem meam.

#### ORATIO METRICA AURELI PRUDENTII CLEMENTIS.

O Dee cunctipotens animæ dator, o Dee Christe  
Cujus ab ore Deus subsistit spiritus unus,  
Te moderante regor, te vitam principe duco:  
Judice te pallens trepido, tè judge eodem  
Spes capio fore, quidquid ago, veniable apud te,  
Quamlibet indignum venia, faciamque loquarque,  
Confiteor, dimittit libens, et parce fatenti.  
Omne malum merui, sed tu, bonus arbiter, aufer  
Quod merui; meliora favens largire precanti.  
Dona animæ quandoque meæ, cum corporis hujus  
**78** Liquerit hospitium, nervis, cute, sanguine, felle  
Os sibi exstructum corrupta quod incola luxu  
Heu nimium complexæ fovet, cum flebilis hora  
Claustrerit hos orbes, et conclamata jacebit  
Materies, oculisque suis mens nuda fruetur,  
Ne cernat truculentum aliquem de gente latronum  
Imamitem, rabidum, vultuque et voce minacem,  
Terribilem, qui me maculosum aspergine moruin  
In preceps ut predo trahat, nigrisque ruentem  
Iuverat specubus cuncta exacturus ad usque  
Quadrantem minimum damnosæ debita vite.  
Multæ in thesauris patris est habitatio, Christe,  
Disparibus secreta locis. Non posco beata  
In regione domum, sint illic castra virorum.  
Agmina, pulvereum quæ deditantia censem  
Divitias petiere tuas, sit flore perenni  
Candida virginitas animum castrata recisum.  
At mihi tartarei satis est si nulla ministri  
Occurrat facies, avidæ nec flamma gehennæ  
Devoret hanc animam, mersam fornacibus imis  
Esto, cavernoso, quia sic pro labore necesse est  
Corporea, tristis me sorbeat ignis Averno.  
Statim mitificos incendia lenta vapores  
D Exhalent, æstuque calor languente tepescat.  
Lux immensa alios, et tempora juncta coronis  
Glorificet, me poena leveis clementer adurat.

*Item preces de charitatis dono.*  
Diligam te, Domine, fortitudo mea.

*De laude Dei.*

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.

*Pro fide.*

Domine auge nobis fidem.

*Pro spe.*

Exaudi nos Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ.

*Pro custodia Dei.*

Custodi me, Domine, ut pupillam oculi : sub umbra alarum tuarum protege nos.

*Pro conversione.*

Domine, dimitte me, ut refrigereret priusquam abeam, et amplius non ero.

*Pro fortitudine.*

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus : Deus meus, misericordia ejus præveniet me.

*Pro gratia Dei.*

Misericordia tua præveniet me, et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitæ meæ.

*Pro extremo die.*

Quoniam tu es protector mens, Domine, in manus tuas commendabo spiritum meum.

*Pro tentatione.*

Erue, Domine, a framea animam meam : et de manu canis unicam meam.

O Domine, libera animam meam, misericors Dominus, et justus, et Deus noster miseretur.

*Pro visione Dei.*

Unam petii a Domino, hanc requiram ; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ut videam voluntatem [L., voluptatem] Domini, et visitem templum ejus. Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

## ORATIO ALCUINI.

*De agnitione Dei, et indulgentia delictorum, et de eceptione diversarum tribulationum.*

• Miserere Domine, miserere Christe : tu misericordia mea, miserere mihi. Miserere Domine, miserere Christe : ut bene rogem te. Miserere Domine, miserere Christe : ut dignum me facias exaudiri. Miserere Domine, miserere Christe : ut exaudias me. Miserere Domine, miserere Christe : ut sanctam voluntatem tuam doceas me. Miserere Domine, miserere Christe : ut in charitate tua enutrias me. Miserere Domine, miserere Christe : ut Spiritu sancto tuo 79 illumines me. Miserere Domine, miserere Christe : ut credam in te. Miserere Domine, miserere Christe : ut cognoscam te. Miserere Domine, miserere Christe : ut diligam te. Miserere Domine, miserere Christe : ut sperem in te. Miserere Domine, miserere Christe : ut a morte perpetua eripias me. Miserere Domine, miserere Christe : ut de omnibus peccatis meis veram poenitentiam tribuas mihi. Miserere Domine, miserere Christe : ut remissionem omnium peccatorum tribuas mihi. Miserere Domine, miserere Christe : ut ab omni tribulatione eripias me. Miserere Domine, miserere Christe : ut ab omni immunditia cordis et corporis liberes me. Miserere Domine, miserere Christe : ut fontem libidinis extinguas in me. Miserere Domine, miserere Christe : ut ab insidiis diaboli liberes me. Miserere Domine, miserere Christe : ut ab omni malo liberes me. Miserere Domine, miserere Christe : ut ab immundâ cogitatione liberes me. Miserere Domine, mi-

A serere Christe : ut anima mea vivat in te. Miserere Domine, miserere Christe : ut caro mea exultet in te. Miserere Domine, miserere Christe : ut vita mea proficiat in te. Miserere Domine Deus Pater, gloria mea, vita mea. Miserere Christe Salvator, salus mea, fortitudo mea. Miserere Spiritus paraclitus, consolatio mea, illuminatio mea. Miserere Domine Deus, Trinitas, et unitas. Te laudo, te adoro, te confiteor, pax mea, spes mea, laus mea, lux mea, pulchritudo mea, beatitudo mea. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio semper ubique in sæcula sempiterna.

## FERIA IV.

## ORATIO BEATI AMBROSI,

*In qua pro suis peccatis veniam postulat.*

B Miserator et misericors, patiens, et multum misericors, magne et terribilis Deus : tibi confiteor delicta mea, tibi patefacio vulnera mea. Tu propter ineffabilem bonitatem tuam conser mihi misero medicinam. Tu enim mitissime, dignatus es dicere : Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat. Confiteor, inique egi : perversa est in conspectu tuo via mea. Lapsa est in lacum misericordia vita mea, extincta est in iniuriantibus anima mea. Superbia, libido, ira, impatientia, malitia, invidia, gula, ebrietas, concupiscentia, rapina, mendacium, perjurium, scurrilitas, stultiloquium, ignorantia, negligentia, seu exteræ pestes occiderunt animam meam. Pollutum est cor meum, et labia mea ; visus meus et auditus, gustus, odoratus et tactus : et omnimodis cogitatione, locutione, sive actione perditus sum. Quæso te, Domine Deus, cuius miseratione nullum habet finem, attrahe me sicut attraxisti mulierem peccatricem. Dona mihi, sicut donasti illi, non cessare osculari pedes tuos, rigare lacrymis, extergere capillis. Concede mihi, ut secundum magnitudinem iniquitatum mearum sit magna dilectio mea in te : ut propter immensam pietatem tuam omnia dimittas mihi. Largire mihi de præteritis veniam, de presentibus malis continentiam, de futuris cautelam. Fac me, priusquam moriar, consequi plenissime misericordiam tuam, et ne dies meos ante finiri sinas, quam peccata diuinas : sed sicut vis, et sicut scis, miserere mei.

## PSALMI PRO QUACUNQUE TRIBULATIONE CANTANDI.

## PSALMUS.

(PSAL. XXI.) b Deus, Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti ? longe a salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, et non exaudiens : ei nocte, et non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitat, laus Israel. In te speraverunt patres nostri : speraverunt, et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : in te speraverunt, et non sunt confusi. Ego autem sum vermis, et non homo : opprobrium hominum et abjectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me : locuti sunt labiis, et moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum : salvum faciat eum, quoniam

• Marten., loco citato, pag. 633.

b Pro usu quarto, supra, col. 467.

vult eum. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre : spes mea ab uberibus matris meæ. In te projectus sum ex utero : de ventre matris meæ Deus meus es tu ; ne **30** discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjuvet. Circumdederunt me vituli multi : tauri pingues obcederunt me. Aperuerunt super me os suum : sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum : et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquecens , in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit faucibus meis : et in pulvrem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi : consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos, et dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me : divisorunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me : ad defensionem meam conspice. Erue a framea animam meam : et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio Ecclesie laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum : universum semen Jacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel : quoniam non sprevit, neque despexit depreciationm pauperis. Nec avertit faciem suam a me : et cum clamarem ad eum, exaudivit me. Apud te laus mea in Ecclesia magna : vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes, et saturabuntur : et laudabunt Dominum, qui requirunt eum : vivent corda eorum in sæculum sæculi. Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universæ fines terræ. Et adorabunt in conspectu ejus universæ familiae gentium. Quoniam Domini est regnum : et ipse dominabitur gentium. Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terra : in conspectu ejus cadent omnes, qui descendunt in terram. Et anima mea illi vivet : et semen meum serviet ipsi. Annuntiabitur Domino generatio ventura : et annuntiabunt cœli justitiam ejus populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

*Ut supra.* Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt adversum me. Multi dicunt animæ meæ, non est fædus [A/ , salas] ipsi in Deo ejus. Tu autem, Domine, susceptor meus es : gloria mea, et exaltans caput meum.

*Oratio.* Caput misericordiae Deus, qui propter nos descendens in uterum, addictus ligno, perfossus clavo, vestimentis insuper sorte divisis, surrexisti liber ab infernis : precamur, ut hujus sancti commercii non immemor sis, populi ab hoste leonis erector, qui fuisti quondam patribus in te sperantibus liberator. Per Dominum.

#### PSALMUS.

(PSAL. LXIII.) Exaudi Deus orationem meam cum deprecari : a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conventu malignantium : a multitudi-

A dine operantium iniquitatem. Quia exacererunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram : ut sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabant eum, et non timebunt : firmaverunt sibi sermonem nequam. Narraverunt ut absconderent laqueos : dixerunt : quis videbit eos? Scrutati sunt iniqüitates : defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum : et exaltabitur Deus. Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, et infirmatæ sunt contra eos linguae eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos : et timuit omnis homo. Et annuntiaverunt opera Dei, et facta ejus intellexerunt. Lætabitur in Domino, et sperabit in eo : et laudabuntur omnes recti corde.

*Ut supra.* Adjutor in opportunitatibus, in tribulationibus, que invenerunt nos nimis. Sperent in te omnes, qui neverunt nomen tuum Domine; quoniam non dereliquerunt querentes te, Domine. Deus qui sedes super thronum, et judicas æquitatem, esto refugium pauperum, quia tu solus laborem et dolorem consideras.

*Oratio.* Tutela omnium credentium, Deus, custodi Ecclesiam tuam a conventu malignantium, qui eam occultis jaculis oppugnare nituntur : ut te salubri rectoque retinens intellectu, justorum meritis perpetualiter collætetur.

#### 81 PSALMUS.

(PSAL. LXXXVIII.) Salvum me fac Deus : quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi : et non est substantia. Veni in altitudinem maris : et tempestas demersit me. Laboravi clamans, rauçæ factæ sunt fauces meæ : defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitum mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei injuste : quæ non rapui, tunc exsolvebam. Deus tu scis insipientiam meam; et delicta mea a te non sunt abscondita. Non erubescant in me, qui exspectant te Domine virtutum. Non confundantur super me, qui querunt te, Deus Israel. Quoniam propter te sustinui opprobrium : operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis : et peregrinus filiis matris meæ. Quoniam zelus domus tuæ comedit me : et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Et operui in jejunio animam meam, et factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum in cilicium : et factus sum illis in parabolam. Adversum me loquebantur, qui sedebant in porta, et in me psallebant, qui bibebant vinum. Ego vero orationem meam ad te Domine : tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiae tuæ exaudi me : in veritate salutis tuæ. Eripe me de luto, ut non infigar : libera me ab his, qui oderunt me, et de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum : neque ureat super me puteus os suum. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua : secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne avertas faciem tuam a puer tuo : quo-

niam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam : propter inimicos meos eripe me. Tu sis improperium meum : et confusionem meam, et reverentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me : improperium expectavit eorū meū et miseriam. Et sustinui, qui simul contristaretur, et non fuit : et qui consolaretur, et non inveni. Et dederunt in escam meam fel : et in siti mea potaverunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum : et in retributiones et in scandala. Obscurantur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam : et furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta : et in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt : et super dolorem vulnerum eorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum : et non intrent in justitiam tuam. Deleantur de libro viventium : et cum justis non scribantur. Ego sum pauper et dolens : salus tua Deus suscepit me. Laudabo nomen Dei cum cantico : et magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et latentur : quærите Deum, et vivet anima vestra. Quoniam exaudivit pauperes Dominus : et vincitos suos non despexit. Laudent illum cœli et terra : mare, et omnia reptilia in eis. Quoniam Deus salvam faciet Sion : et ædificabuntur civitates Iudaæ. Et inhabitabunt ibi, et hæreditate acquirent eam. Et semen servorum ejus possidebit eam, et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

*Ut supra.* In tribulatione invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu ejus introibit in aures ejus. Deus noster refugium et virtus : adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

*Oratio.* Benignissime Domine exaudi nos in veritate salutis tue, ut eruti ab squalore peccati mereamur in libro vite digito cœlesti conscribi. Per.

*Eches de tribulatione animam meam.* Et perdes omnes, qui tribulant animam meam. Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.

#### ORATIO SANCTI AMBROSI.

Christe summa Dei virtus, una et indiscreta maiestas, orationis meæ tota substantia, invoco nomen sanctum tuum : exaudi me meo mecum corde luctantem, agnoscentem peccata facinorum, et cogitationum criminis confidentem. **82** Frange, Domine, artes diaboli; fngit enim labiis aliud suggestendo, ipsamque orationem captivat. Respice, Domine, mei supplicis lacrymas ; et cum lacrymæ non sint, indulgentia tue pietatem infunde. Custodi in me immaculatam fidem, meque cum proximis semper in pace reconcilia. Fructuos [F., os fructus] tuos panis. . . . propria largitate distribue. Tibi inclino cervicem. Tibi genua flecto. Te Dominum Deum,

A cum sis unus, in sancta Trinitate confiteor. Frange, Domine, contra me inimicorum potestates, erue me de periculis, tuere me in omnibus causis, et in criminatione defende. Aegro me jacente, et ea, quæ explore non possum, quasi sint expleta concede.

#### ORATIO.

*Pro familiaribus nostris et cunctis fidelibus defunctis.*

Te, Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, supplices deprecamur pro spiritibus famulorum et famularum tuarum, quos ab origine sæculi hujus ad te accersire præcepisti; ut digneris, Domine, dare eis locum lucidum, locum refrigerii et quietis; et ut liceat eis transire portas infernorum, et vias tenebrarum, maneantque in mansionibus sanctorum, et in luce sancta, quam olim Abrahæ promisisti et semini ejus. Nullam læsionem sustineant animæ eorum, sed cum magnus ille dies resurrectionis ac renumerationis advenerit, resuscitare eos digneris Domine, una cum sanctis et electis tuis : et ut deales eorum delicta atque peccata, usque ad novissimum quadrantem, tecumque immortalitatis vitam et regnum consequantur æternum.

*Ut supra.* Ne tradas bestiis. Requiem æternam. Justorum animæ.

#### PSALMUS.

(PSAL. V.) Verba mea auribus percipe, Domine : intellige clamorem meum. Intende vocis orationis meæ, Rex meus et Deus meus. Quoniam ad te adorabo, Domine : mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo : quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque habitabit juxta te malignus : neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem : perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus. Ego autem in multitudine misericordiæ tuae introibo in domum tuam : adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in justitia tua : propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniam non est in ore eorum veritas : cor eorum vanum est. Sepulcrum patens est guttura eorum : linguis suis dolose agebant, judica illos Deus. Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine. Et latentur omnes, qui sperant in te : in æternum exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum : quoniam tu benedices justo. Domine ut scuto bonæ voluntatis tue coronasti nos.

*Ut supra.* A porta inferi. Pretiosa est in conspectu Domini.

*Oratio.* Pie Domine, qui attriti cordis gemitum, priusquam proferatur, intelligis, effice nos, queso, templum Paracliti, ut mereamur scuto celestis benevolentiae coronari. Per.

*Alia oratio.* Supplicationibus clamoris nostri, quæsumus, Domine, aures tue pietatis clementer accommoda : ut animæ famulorum famularumque tuarum,

omnium christianorum, ab omni mortis exutae contagio, coelesti perfrui regno mereantur. Per te Christe Jesu qui vivis et regnas.

## PSALMUS.

(PSAL. vi.) Domine ne in furore tuo arguas me : neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum : sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde : sed tu Domine usquequo? Convertere Domine, et eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte, qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes **83** lectum meum : lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam suscepit. Erubescat et conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur et erubescant valde velociter.

*Ut supra. In memoria æterna erit justus. Animæ eorum in bonis demorabuntur.*

*Oratio.* Ut ne in furore et ira tua animas famularum tuorum, Domine, arguas, deprecamur : sed cancta peccantium labie mundatos, tua pietatis dono refrigerii locum concede. Per Dominum.

## PSALMUS.

(PSAL. xxxix.) Expectans expectavi Dominum : et intendit mihi. Et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriae, et de luto facis. Et statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. Videbunt multi et timebunt : et sperabunt in Domino. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus : et non respexit in vanitates, et insanias falsas. Multa fecisti ta Domine Deus meus mirabilia tua, et cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi. Annuntiavi et locutus sum : multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti : aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti : tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei. Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna : ecce labia mea non prohibeo, Domine tu scisti. Justitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a consilio multo. Tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me, misericordia tua et veritas tua semper susperunt me. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : comprehendenterunt me iniuriantes me, et non potui ut viderem. Multiplicata sunt super capillos capitum mei : et cor meum dereliquit me. Complaceat tibi Domine ut eruas me : Do-

mine ad adjuvandum me respice. Confundantur et reverentur simul : qui querunt animam meam, ut auferant eam. Convertantur retrorsum et reverentur, qui volunt mihi mala. Ferant confessum confusione suam, qui dicunt mihi : Euge, euge. Exsultent et lamentur super te omnes querentes te, et dicant semper : Magnificetur Dominus, qui diligunt salutarem tuum. Ego autem mendicus sum et pauper : Dominus sollicitus est mei. Adjutor meus et protector meus tu es : Deus meus ne tardaveris.

*Ut supra. Exsurge, Domine, in requiem tuam. Justi in perpetuum vivent.*

*Oratio.* Partem beatæ resurrectionis obtineamus, Domine, animæ servorum tuorum, vitamque æternam habere mereantur in cœlis, per te Christe Jesu, qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per immortalia secula seculorum. Amen.

*Alia oratio.* Exspectatio tuorum unica famulorum Deus, quem venturum in mundum caput libri principalis edocuit : insere, precamur, legem tuam in medio cordis nostri, ut tuas..... nuntiantes ab imminentibus periculis eruamur. Per.

*Oratio pro qualicunque homine defuncto.* Omnipotens et misericors Deus, tuam deprecamur elemosiam, quia judicio tuo et nascimur et finimur : et animam fratris nostri, quem tua pietas de incolatu hujus mundi transire præcepit, in requiem æternam suscias, et in consortio electorum tuorum in resurrectione sociari permittas, ut in æterna beatitudine C una cum illis sine fine permaneat. Per.

Animam, quam redemisti, suscipe Domine, cum servis tuis; et qui te confessus est in vita communi, constituas eum in vita perenni.

*Alia oratio.* Libera, Domine, animam servi tui de periculis inferorum, et de periculis tenebrarum, et de persecutionibus multis, et de flammorum gehennæ ignibus. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Abraham **84** de Ur Chaldaeorum. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Lot de civitate Sodomorum. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti populum Israel de manu Ægyptiorum. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis, qui antecedebat populum Israel in deserto. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti David de manu Saulis, et de manu Goliaz gigantis. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Eliam et Enoch de hoc mundo. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentes. Libera, Domine, animam servi tui, sicut liberasti Susannam de manus principum. Libera Domine, animam servi tui, sicut liberasti Daniel de lacu leonum. Sicut liberasti, Domine, Jonam de ventre ceti, sic animam fratris nostri ab omnibus periculis poenarum liberare digneris, et bonis æternis cum electis tuis eam perfrui jubeas. Per.

*In memoria æterna. Requiem æternam. Requiescant in pace.*

## FERIA V.

CONFESSIO PECCATORUM POST ACCEPTAM  
QUIETEM.

Confiteor tibi, Domine, omnia peccata mea, quancunque feci, et egi, et gessi omnibus diebus vite meæ. Deus, qui creasti omnia, tu nosc peccata mea: indulge et miserere mei, quia nimium peccavi tibi, Domine, miserere mei. Per intercessionem omnium angelorum atque archangelorum, miserere mei. Per intercessionem patriarcharum et prophetarum miserere mei. Per intercessionem apostolorum, martyrum, confessorum et virginum te deprecor, miserere mei. Domine, si in te peccavi, tamen te non dereliqui, deos alienos non adoravi: miserere mei, Domine, veniam peto a te pro omnibus culpis meis. Pius Deus, tibi confiteor peccata mea, quia crimina agnosco in me. Deus propitius esto mihi peccatori servo tuo: non me deseras, non me derelinquas, Deus meus. Pius Deus, sanctus fortis, sanctus et immortalis: misericors Deus clementissime, adjuva me peccatorem famulum tuum. Da mihi cor, quod timeat te, sensum qui te intelligat, oculos qui te videant, aures quæ te audiant, nares qui te odorem suscipiant. Domine, mollifica cor meum durum et lapideum, qui sum cinis mortuus. Salva me, Domine, vigilarem, custodi me dormientem; ut dormiam in pace, et vigilem in Christo. Amen. Deprecor te, Domine, ut omnes, qui mihi bona volunt aut faciunt, reddere illis in æternum: et si qui mihi mala volunt aut faciunt, da illis indulgentiam. Misericors Deus, da mihi famulo tuo remissionem peccatorum, et finem perfectum; perduc me ad viam salutis.

*Alia oratio.* Fiat mihi quæso, Domine, fides firma in corde, galea salutis in capite, signum Christi in fronte, verbum veritatis in ore, voluntas bona in mente, dilectio Dei in pectore, præcinctio castitatis in circuitu, honestas in actione, sobrietas in conscientia, humilitas in prosperitate, patientia in tribulatione, spes in Creatore, perseverantia usque in finem, amor vitae æternæ. Præstante Domino.

## ORATIO SANCTI BENEDICTI.

Digneris mihi donare, Pater pie et sancte, intellectum, qui te intelligat, sensum qui te sentiat, animum qui te sapiat, diligentiam quæ te querat, sapientiam quæ te inveniat, animum qui te cognoscat, viscera quæ te ament, cor quod te cogitet, actum qui te augeat, auditum qui te audiat, oculos qui te videant, linguam quæ te prædicet, conversationem quæ tibi placeat, patientiam quæ te sustineat, perseverantiam quæ te exspectet, finem perfectum, præsentiam tuam sanctam, resurrectionem bonam, retributionem, vitam æternam. Amen.

## PSALMUS.

(PSAL. XXXIII.) Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et læten-

\* Initium in libello Caroli Calvi, pag. 413. — Pro usu septimo, supra, col. 467.

A tur. Magnificate Dominum mecum: et exalteamus nomen ejus in idipsum. Exquisivi Dominum, 85 et exaudivit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum, et illuminamini: et facies vestre non confundentur. Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum: et ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum. Immitet angelus Domini in circuitu timentium eum: et eripiet eos. Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Timete Dominum omnes sancti ejus: quoniam non est inopia timentibus eum. Divites eguerunt et esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Venite, filii, audite me: timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam: diligit dies videre bonos? B Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo et fac bonum, inquire pacem, et persequere eam. Oculi Domini super iustos: et aures ejus in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. Clamaverunt justi, et Dominus exaudivit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Juxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit. Multe tribulationes justorum: et de omnibus his liberavit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum: unum ex his non conteretur. Mors peccatorum pesima: et qui oderunt justum, delinquent. Redimet Dominus animas servorum suorum: et non delinquent omnes, qui sperant in eo.

C Ut supra. Protexisti me a conventu malignum.

*Oratio.* Angelorum et totius creaturæ dispensator Deus, emite angelum tuum in circuitu nostro, cuius ambitione muniri, mereamur a peccatorum morte pessima liberari. Per Dominum.

*Alia Oratio.* Inquirentes te, Domine, dignanter exaudi, et ut benedicam tam in adversis, quam et in prosperis, benignus indulge: atque ut in te laudetur anima nostra, propitius indultor imperi. Et quia juxta es his, qui tribulato sunt corde, aurem tuam ad contritionis nostræ spiritus aperi; et pacem tuam, quæ exsuperat omnem sensum [Add. concede, vel simile], et corpora nostra et corda purifcent. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXLIV.) Exaltabo te, Deus meus rex: et benedic nomini tuo in sæculum, et in sæculum sæculi. Per singulos dies benedicam tibi: et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi. Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis ejus non est finis. Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: et mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis tuæ eructabunt:

et in justitia tua exsultabunt. Miserator et misericors **A** Dominus, patiens et multum misericors. Suavis Dominus universis : et miserationes ejus super omnia opera ejus. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua : et sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicent : et potentiam tuam loquentur. Ut notam faciant filii hominum potentiam tuam et gloriam magnificientiae regni tui. Regnum tuum regnum omnium saeculorum : et dominatio tua in omni generatione et generationem. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis : et sanctus in omnibus operibus suis. Allevat Dominus omnes, qui corruunt, et erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant, Domine : et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam : et imples omne animal benedictione. Justus Dominus in omnibus viis suis : et sanctus in omnibus operibus suis. Prope est Dominus omnibus invocantibus eum : omnibus invocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet : et salvos faciet eos. Custodit Dominus omnes diligentes se : et omnes peccatores disperdet. Laudationem Domini loquetur os meum : et benedicat omnis caro nomini sancto ejus in saeculum, et in saeculum saeculi.

*Ut supra.* Misit de summo, et accepit me : assumpit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his qui oderunt me, quoniam **B** confortati sunt super me. Prævenerunt me in die afflictionis meæ, et factus est Dominus protector meus.

*Oratio.* Regnator omnium saeculorum, Domine, **C** qui spiritualem cibum omni animæ opportuno ministras in tempore : concede nobis te perpetualiter benedicere, tuamque potentiam cum electis tuis fiducialiter exaltare. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

*Capitulum.* Liberasti nos, Domine, ex afflagentibus nos, et eos, qui nos oderunt, confudisti. Laus tibi, Domine Rex æternæ gloriae.

#### GRATIARUM ACTIO.

Tibi ago laudes et gratias, Deus meus, misericordia mea, qui me ad tuam cognitionem perducere, et per sacri me baptismatis ablutionem inter adoptionis tuae filios aggregare dignatus es. Tibi ago laudes et gratias, qui me ab ipsis rudimentis infantiae usque ad hanc horam per multa defluente vitia, immensæ bonitatis tuae patientia ad emendationem exspectas. Te laudo et glorifico, qui me særissime de multis tribulationibus et angustiis, calamitatibus et miseriis liberasti, qui me hactenus de æternis suppliciis, de corporis hujus cruciatibus exemisti. Te laudo et glorifico, qui mihi sospitatem membrorum, tranquillitatem temporum, et honorem, affectum et charitatem : si qua etiam dona sunt in me tua pietatis, conferre dignatus es. Quæso, Domine Deus, inestimabilem suavitatem tuae clementiam; ut inchoata in me bona perficias. Quidcuid in me tibi displiceret,

\* Marten., loc. cit., pag. 624.

**A** repellas; a cunctis me, quæ supersunt, tribulacionibus, iniquitatibus ac diversis malis eripias. Cogitationes meas, locutiones pariter et actus in tua voluntate dirigas ; et ne auferas animam meam de hoc mundo, priusquam emendari studeat in tua voluntate. Inter adversa me et prospera gradientem semper et ubique custodias : et ad tuæ me visionis iterata gaudia quandoque perducas. Amen.

#### ORATIO ISIDORI PRO OMNIBUS CHRISTIANIS.

Pie exaudibilis Domine, Deus noster Iesu Christe, clementiam tuam cum omni supplicatione depositimus, ut per interventum et meritum beatæ et gloriæ semper virginis Mariæ, omniumque sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, virginum, confessorum, monachorum, et omnium civium supernorum, Ecclesiæ tuæ sanctæ catholicæ fidem augeas, pacem tribuas rectoribus nostris, et nobis indulgentiam et remissionem peccatorum concedas : infirmis salutem, lapsis reparationem, aerum commoditatem, navigantibus atque itinerantibus fidelibus prosperum iter ac salutis portum, tribulantibus [L., tribulatis] gaudium, oppressis revelationem, captivis, vincis, et peregrinis remissionem, absolutionem, ad patriam reversionem, mutuam discordantibus charitatem, infidelibus veram fidem, et defunctis fidelibus requiem. Angelum tuum sanctum nobis hic et ubique custodem et defensorem propitiis donare digneris, qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

#### HYMNUS SANCTI AMBROSI PRO INFIRMIS.

\* Christe coelestis, medicina Patrie,  
Verus humanæ Medicus salutis :  
Providæ plebi precibus potenter

Pande favorem.

En ob infirmos tuae [Marten., tibi] supplicamus,  
Quos nocens pestis valetudo quassat :  
Ut pius morbum releves jacentem,  
Quo patiuntur.

Qui potestate manifestus existans,  
Mox Petri socrum febribus jacentem,  
Reguli prolem, puerumque salvas  
Centurionis.

Ferto [Marten., festo] languenti populo vigorem,  
Effue largam populo salutem :  
Pristinis more solito reformans  
Viribus ægros.

Corporum morbos, animumque [Marten., animaque] saua.

Vulnerum causis adhibe medelam,  
Ne sine fructu cruciatus urat

Corpora nostra.

Omnis impulsus perimens recedat,  
Omnis iucus crucians liquecat,  
Vigor optate foveat salutis  
Membra dolentis.

**87** Jam Deus noster miserare fletus,  
Sic quibus te nunc petimus medere,  
Ut tuam omnis recubans medelam  
Sentiat æger.  
Quo per illata mala dum teruntur,  
Eruditorum numero decori,  
Compotes intrent sociante fructu  
Regna polorum.  
Gloria Patri, genitæque Proli,  
Et ibi compar utriusque semper  
Spiritus alme, Deus unus omni  
Tempore seculi.  
Gloria psallat chorus, et resuluet,  
Gloriam dicat, canat et resolvat, [Marten. re-  
volat],  
Spiritus alme, Deus unus omni  
Tempore seculi.

## PRO FAMILIARIBUS ORATIO.

Libera nos, quæsumus, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, ab omnibus vitiis et de insidias inimici. Protege nos ab omni tribulatione et potestate iniqua, ut magnificetur nomen tuum et maiestas tua: ne dicant gentes, Ubi est Deus eorum? Deus autem noster in cœlo, omnia quæcunque volunt, fecit. Custodi nos, Domine, ut pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum protege nos: ne ulla potestas humana iniqua nobis nocere valeat in anima, in corpore, in mente, in ambulando, in dormiendo, in stando, in sedendo, in visu, in auditu, in tactu, in odoratu, in gustu, in potu, in usu, in gressu, in lectione, in oratione, in sensu, in locutione, in cogitatione, in separatione, in congregatione, in itinere, in navigatione. Libera nos, clemens Trinitas, ab omni malo præterito, præsenti, et futuro: sicut liberasti servos tuos ab initio mundi, Noe a diluvio, Abraham de Ur Chaldaeorum, Lot de civitate Sodomorum, Moysen et populum Israel de mari Rubro et de manibus Pharaonis, David de manu Saifis et Goliaz, Eliam et Enoch de hoc mundo, Tobiam de dolore oculorum, tres pueros de camino ignis ardentis, Susannam de manu principum, Daniel de lacu leonum, Jonam de ventre ceti, Ezechiam de infirmitate, Naaman Syrum de ægritudine, et Jesum filium Num de præliis Chananaeorum, Ninivem de morte minante, Isaac de gladio patris sui, Job de tribulationibus suis, Gedeon de barbaris, Petrum de fluctibus maris et de carcere, Paulum de multis tribulationibus et periculis. Sic sancta Trinitas æterne Deus, nos famulos tuos ab omnibus in hoc sæculo insidias diaboli liberare, et in tuo sancto conservare digneris illæcos servitio: ut in futuro tecum præmia consequi mereamur æterna, qui vivis et regnas in secula sæculorum. Amen.

## PSALMUS.

(PSAL. XIX.) Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto: et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pin-

A que fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum: et omne consilium tuum confirmet. Laetabimur in salutari tuo: et in nomine Dei nostri magnificabimur. Impiebat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum. Exaudiens illum de cœlo sancto suo in potentibus salus dexteræ ejus. Hi in curribus, et hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus. Ipsi obligati sunt et cediderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine, salvum fac regem: et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

*Ut supra.* Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

*Oratio.* Impie, Domine, petitiones nostras, et tanquam pinguisimum nos holocaustum assume, ut inimicorum curribus obligatis, salutaris tui opitulatione lætemur. Per.

*Alia Oratio.* Impie, Domine, petitiones nostras, et mitte nobis auxilium de sancto: memor esto sacrificii nostri, quod tibi non solum oblatione et oratione offertur, ac preces nostras, quas in quacunque die tibi tam manu linguae, quam genu cordis offerimus, propitius audire dignare. Per.

## 88 PSALMUS.

(PSAL. XL.) Beatus vir, qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conservet eum, et vivifiet eum, et beatum faciat eum in terra: et non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus: universum stratum ejus C versasti in infirmitate ejus. Ego dixi: Domine, miscere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomen ejus? Et si ingrediebatur, ut vide-ret, vana loquebatur: cor ejus congregavit iniqüitatem sibi. Egrediebatur foras: et loquebatur in kli ipsum. Adversum me susurrabant omnes inimici mei: adversum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt adversum me: Nunquid qui dormit, non adjicit ut resurgat? Etenim homo pacis meæ in quo speravi: qui edebat panes meos, magnificavit super me supplationem. Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me: et retribuam eis. In hoc cognovi, quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus Dominus Deus Israel a sæculo et usque in sæculum: fiat, fiat.

*Ut supra.* Dispersit, dedit pauperibus.

*Oratio.* Nostrorum peccaminum mitis indultor, æterne Deus, qui das effugere diem malum, si misericordia subsequatur egenum: fer opem, quæsumus, doloribus nostris, ut dum carnalia delicta clementer arguis, medicamentum animæ placabiliter largiaris. Per Dominum.

*Alia.* Confirma nos in conspectu tuo, Domine, in æternum; ut defixum iter nostrum nullo alieno sollicitetur aspectu. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. LXXVI.) Deus misereatur nostri : et benedicat nobis : illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terram tuam : in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi, Deus : confiteantur tibi populi omnes. Lætentur et exsultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate, et gentes in terra diriges. Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terre.

*Ut supra.* Adjutorium nostrum in nomine Domini.

*Oratio.* Illumina, Domine, vultum tuum super nos, et misericordiam nobis uberem, benedictionemque largire. Per.

*Alia Oratio.* Cognoscentes in terra viam tuam, Domine, in omnibus gentibus salutare tuum, Christum Dominum, et viam esse confitemur et patriam, per quem in directum gradimur, et ad profectum plenissimum pervenimus. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXXXI.) Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus. Sicut juravit Dominus, votum vœvit Deo Jacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitionem. Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Ecce audivimus eam in Ephrata : invenimus eam in campus silvæ. Introibimus in tabernaculum ejus : adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus. Surge, Domine, in requiem tuam : tu et arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur justitiam : et sancti tui exsultent. Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui. Juravit Dominus David veritatem, et non frusribitur eam : de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum : et testimonia mea hæc, quæ docebo eos. Et filii eorum usque in sæculum, sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion : elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in sæculum sæculi : hic habitabo, quoniam elegi eam. **89** Viduam ejus benedicens benedicam : pauperes ejus saturabo panibus. Sacerdotes ejus induam salutari : et sancti tui exultatione exultabunt. Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo. Inimicos ejus induam confusionem : super ipsum autem effloreat sanctificatio mea.

*Ut supra.* Salvos fac nos, Domine Deus noster.

*Oratio.* In omni ingressu nostro memor esto nobis, omnipotens æterne Deus ; indu nos sacerdotali justitia, ut induci mereamur in tabernacula sempiterna. Per.

*Alia Exsurge, Domine, et corda nostra tibi parentur in requiem ; sitque in singulis arcæ tue sanctificatio, meditatioque sanctitatis, et operum*

A nostrorum lucerna, Christus Dominus noster ; ut hæc eo preparante, fructu justitiae repleamur ad gratiam, et verbo vite continueamur ad gloriam. Per.

## PSALMUS.

(PSAL. CXXXIII.) Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti ejus : sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in sæculum.

*Ut supra.* Non mortui laudabunt te, Domine.

*Oratio.* Infunde, Domine, in Ecclesiam tuam charitatem fraternalis et pacis, ut rore spiritualis unguenti aspersi, benedictionis tue gratia jucundemur. Per.

*Alia.* Christe Domine, cuius sacrum nomen, unguento effuso, sapientiæ comparavit odorem ; da, quæsumus, unguentum verticis tui in barbam decoris populi tui, te profundente, descendere, ac in ipsa vestimenti ora, quæ præsentis vite induitor, pervenire. Per Dominum.

## PSALMUS.

(PSAL. CXXXIII.) Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini. Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. In noctibus extollite manus vestras in sancta : et benedicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion : qui fecit cœlum et terram.

*Ut supra.* Propter fratres meos et proximos meos.

*Oratio.* Benedicentes te omnes servi tui, Domine, deprecamur, ut nos mundi hujus nocte coacte illuminare digneris, quatenus dum manus nostras in bonis operibus elevamus, benedictionem a te largissimam consequamur. Per.

*Alia Oratio.* Præsta, Domine, ut cunctis gradibus perfectionis ascensio in virtutum culmine, te laudemus ; et stantes in domo tua atque in atriis tuis, manus nostras ad te benedicendum diebus ac noctibus extendamus, benedictione a te percepta, coeli ac terræ Domino et Salvatore.

## DEPRECATIO

*Quam papa Gelasius pro universalis Ecclesia constituit canendam esse.*

Dicamus omnes, Domine, exaudi et miserere.

Patrem unigeniti, et Dei Filium genitoris ingeniti, et sanctum Deum Spiritum fidelibus animis invocamus.

Pro immaculata Dei vivi Ecclesia, sacerdotibus ac ministris, divinam bonitatis opulentiam deprecamur.

Pro sanctis Dei magni sacerdotibus et ministris, cunctisque Deum verum colentibus populis, Christum Dominum supplicamus.

Pro universis recte tractantibus verbum veritatis, multiformem Verbi Dei sapientiam peculiariter obsecramus.

Pro his, qui se inente et corpore propter cœlo-

rum regna castificant, et spiritualium labore desudant, largitorem spiritalium munerum obsecramus.

Pro religiosis principibus, omniisque militia eorum, qui judicium et justitiam diligunt, Domini potentiam obsecramus.

Pro jucunditate et serenitate pluvize, atque auram vitalium blandimentis, ac prospere diversorum operum cursu, rectorem mundi Dominum deprecamur.

Pro his, quos prima Christiani nominis initiauit agnitione, quos jam desiderium **90** gratiae celestis accedit, omnipotentis Dei misericordiam obsecramus.

Pro his, quos humanæ infirmitatis fragilitas, et quo nequitate spiritalis invidia, vel varius saeculi horror involvit, Redemptoris nostri misericordiam imploramus.

Pro his, quos peregrinationis necessitas, aut iniuste potestatis impicias, vel hostilis vexat ærumna, Salvatorem Dominum supplicamus.

Pro iudaica falsitate, aut heretica pravitate deceptis, vel gentilium superstitione perfusis, veritatis Dominum deprecamur.

Pro operariis pietatis, et his qui necessitatibus laborantium fraternali charitate subveniunt, misericordiarum Dominum deprecamur.

Pro omnibus intrantibus in hæc sanctæ domus Dei atria religioso corde, et supplici devotione convepienter Dominum gloriae deprecamur.

Pro emundatione animarum corporumque nostrorum omnium, ac venia peccatorum, clementissimum **C** Dominum supplicamus.

Pro refrigerio fidelium animarum, præcipue sanctorum Domini sacerdotum, qui huic Ecclesie præfuerunt catholicæ, Dominum spirituum, et universæ carnis judicem deprecamur.

Mortificatam vitiis carnem, et viventem fide animam presta, Domine, presta.

Castum timorem, et veram dilectionem præsta, Domine, præsta.

Gratum vite ordinem, et probabilem exitum præsta, Domine, præsta.

Angelum pacis, et solatia sanctorum præsta, Domine, præsta.

Nosmetipsos, et omnia nostra, quæ orta, quæ acta, per Dominum ipso auctore suscepimus, ipso custode retinemus, ipsiusque misericordiæ et arbitrio providentiae commendamus. Domine, miserere. **D**

#### QUOTIDIE PRO FAMILIARIBUS.

Dicamus omnes, Domine, exaudi et miserere, Domine, miserere. Hanc nostram auribus tuæ pietatis, clementissime Pater, orationem exaudire digneris, quam tibi, fraternæ charitatis affectu stimulante, pro fratribus et sororibus nostris supplici voce fundimus, qui et quæ pro nobis quotidie indefessa oratione intercedere studentes nostris se commendaverunt

<sup>a</sup> Potius Mamerti Claudiani. Vide Sirmond. in not. ad epist. 3 Sidonii, pag. 933.

A orationibus, nec non pro omnibus tua prestante clementia, propter nomen tuum bene nobis facientibus. Et pro his qui spiritali stimulo compuncti sua nobis confessi sunt peccata.

Hos ergo, omnipotens Deus, omnes, quorum hic nomina scripta habentur, ab omnibus in hoc sæculo insidiis diaboli in tuo sancto conservare digneris illesos servitio, ut in futuro tecum præmia consequentur æterna.

Salvos fac servos tuos. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto. Nihil proficiat inimicus in eis. Per merita, Domine, et orationes sanctorum omnium libera, custodi, confirma, pacifica, purifica, et dimitte eis delicta eorum, et conserva eos in nomine tuo, sicut vis et sicut scis, Domine. Benedictio, et claritas, et sapientia, et gratiarum actio, et honor, et virtus, et fortitudo Doo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

#### FERIA VI.

IN MEMORIAM INCARNATIONIS, PASSIONIS ET RESURRECTIONIS, SIVE ASCENSIONIS DOMINI.

#### HYMNUS FORTUNATI.

DE NATIVITATE ET CRUCE CHRISTI.

¶ Pange, lingua, gloriosi  
Prælium certaminis,  
Et super crucis trophyo  
Da triumphum nobilem;  
Qualiter Redemptor orbis  
Immolatus vicerit.

De parentis protoplasti  
Fraude factor condolens,  
Quando pomì noxialis  
Morte morsu corruit:  
Ipse ligno tunc notavit,  
Damna ligni ut solveret.

Iloc opus nostræ salutis  
Ordo deposcerat,  
Multiformis perditoris  
Arte ut artem falleret;  
Et medelam ferret inde  
Hostis unde læserat.

**91** Quando venit ergo sacri  
Plenitudo temporis,  
Missus est ab arce Patris  
Natus orbis Conditor,  
Atque ventre virginali  
Caro factus prodiit.

Vagit infans inter arcta  
Conditus præsepia,  
Membra pannis involuta  
Virgo mater alligat,  
Et pedes, manusque, crura  
Stricta pangit [Al., cingit] fascia.  
Lustra sex qui jam peracta

<sup>b</sup> Pro usu nono, supra, col. 467.

Tempus implens corporis,  
 Se volente, natus ad hoc  
 Passioni deditus,  
 Agnus in crucis levatur  
 Immolandus stipite.  
 Hic acetum, fel, arundo,  
 Sputa, clavi, lancea,  
 Mite corpus perforatur  
 Sanguis unda profluit:  
 Terra, pontus, astra, mundus,  
 Quo lavantur flumine.  
 Crux fidelis inter omnes  
 Arbor una nobilis,  
 Nulla talem silva profert  
 Fronde, flore, germine;  
 Dulce lignum, dulcem clavum [Al., dulces clavos] B  
 Dulce pondus sustinens.  
 Flecte ramos arbor alta,  
 Tensa laxa viscera,  
 Et rigor lentescat ille,  
 Quem dedit nativitas,  
 Ut superni membra Regis  
 Mittenda [L., mitti tendas] stipite.  
 Sola digna tu fuisti  
 Ferre pretium seculi,  
 Atque portum præparare  
 Nauta mundo naufragio:  
 Quam sacer crux perunxit  
 Fusus agni stipite [L., agni corpore].  
 EJUSDEM.

Crux benedicta nitet, Dominus qua carne peperit,  
 Atque crux suo vulnera nostra lavit.  
 Mitis amore pio pro nobis victimam factus,  
 Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves.  
 Transfixis palmis ubi mundum clade redemit,  
 Atque suo clausit funere mortis iter.  
 Ilic manus illa fuit clavis confixa cruentis,  
 Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.  
 Fertilitate potens, o dulce et nobile lignum!  
 Quando tuis ramis tam nova poma geris.  
 Cujus odore novo defuncta cadavera surgunt,  
 Et redeunt vitæ qui caruere die.  
 Nullum uret æstus sub frondibus arboris hujus,  
 Luna nec in noctem, sol neque meridie.  
 Tu plantata micas, secus est ubi cursus aquarum,  
 Spargis et ornatas flore recente comas.  
 Appensa est vitis inter tua brachia, de qua  
 Dulcia sanguineo vina rubore fluunt.

## PSALMUS DE INCARNATIONE.

(PSAL. II.) Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum. Qui habitat in cœlis, irridebit eos: et Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, prædicans præ-

A ceptum ejus. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, et tanquam vas figuli confringes eos. Et nunc, reges, intelligite: erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, et pereatis de via justa. Cum exarserit in brevi ira ejus, beati omnes, qui confidunt in eo.

**92 Ut supra.** Exortum est in tenebris. Suscepimus Deus misericordiam tuam.

**Oratio.** Effice nos, Domine, tanquam fructuosissimum lignum ante conspectum tuum, ut tuis imbribus mitigati, mereamur tibi suavum fructum ubertate placere. Per.

**Alia.** Servientes tibi, Domine, ob metum in timore judicii, exultantes cum tremore propter fiduciam spei, doce nos apprehendere disciplinam, qui judicas terram, ut te propitiante veteris hominis figuram confringentes exterioris terræ purgamenta calcemus.

## PSALMUS DE PASSIONE DOMINI.

(PSAL. XXXIV.) Judica, Domine, nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum, et exurge in adjutorium mihi. Effunde frammeam, et conclude adversus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, salus tua ego sum. Confundantur et reverentur; querentes animam meam.

**C** Avertantur retrorsum, et confundantur: cogitantes mihi mala. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti, et angelus Domini coarctans eos. Fiat via illorum tenebrae et lubricum, et angelus Domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supervacue exprobaverunt animam meam. Veniat illi laqueus, quem ignorat, et captio quam abscondit, apprehendat eum, et in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in Domino: et delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Eripies inopem de manu fortiorum ejus: egenum et pauperem a diriplientibus eum. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem anima meæ. Ego au-

D tem cum mihi molesti essent, in duebar cilicio. Humiliabam in jejunio animam meam, et oratio mea in sinu meo convertetur. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et adversum me levati sunt, et convenerunt: congregata sunt super me flagella, et ignoravi. Dissipati sunt nec compuncti; tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. Domine, quando respicies? restitue animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam. Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo gravi laudabo te. Non supergaudeant mihi, qui adversantur mihi inique, qui oderunt me gratis, et annuunt oculis. Quoniam

mihi quidem pacifice loquebantur : et in iracundia A terrae loquentes, dolos cogitabant. Et dilataverant super me os suum, dixerunt : Euge, euge, viderunt oculi nostri. Vidisti, Domine, ne sileas : Domine, ne discedas a me. Exsurge et intende judicio meo : Deus meus, et Dominus meus in causam meam. Judica me secundum justitiam tuam, Domine Deus meus : et non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis : Euge, euge ! animæ nostræ, nec dicant : devorabimus eum. Erubescant et reverentur simul, qui gratulantur malis incis. Induantur confusione et reverentia, qui maligna loquuntur super me. Exsultent et lætentur qui volunt justitiam meam, et dicant semper : magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.

*Ut supra.* Adjutor et liberator meus esto, Domine, ne moreris.

*Oratio.* Protectio salusque animæ nostræ, operis nos galea spei, et scuto inexpugnabilis munimenti ; ut a te in causis nostræ necessitatis adjuti, mereamur cum te diligentibus lætitia et exultatione perfundi. Per.

*Alia Oratio.* Domine, quando respicies, dicesque nobis : salus vestra ego sum ? Et ad solitudinem atque implorationem nostram quando propitius convertes ? Ad quam jam convertere, Domine, et intende judicium nostrum, et ipse judicantes nos fortis propugnator expugna ; ut oratio nostra, quæ nunc in sinum nostrum pro secretorum suorum compunctione convertitur, ante conspectum tuum purgata, cordis gemitu dirigatur.

### 93 PSALMUS DE RESURRECTIONE.

(PSAL. III.) Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me ? multum surgunt [Al., multi insurgunt] adversum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo ejus. Tu autem, Domine, susceptor meus : gloria mea, et exaltans caput meum. Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi : quia Dominus suscepit me. Non timebo millia populi circumdantis me, exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa, dentes peccatorum contrivisti. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.

*Ut supra.* Tenuisti manum dexteram meam.

*Oratio.* Effunde, Domine, benedictionem tuam super populum tuum, ut tua resurrectione muniti, non timeamus ab adversantium vitiorum malitia circumdari. Per.

*Alia.* Domine, contra multiplicationem tribulationum nobis fortis propugnator accurre, et adversus multitudinem insurgentium in nos prius defensor assiste, sitque benedictio tua super populum tuum : ut qui salutem animæ nostræ in te esse negant, te salvatorem nostrum ipsa sua expugnatione cognoscant.

### ITEM PSALMUS DE EADEM.

(PSAL. XXIX.) Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me : nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus, clamavi ad te : et sanasti me. Domine, eduxisti ab inferno animam meam : salvasti me a descendantibus in lacum. Psallite Dominum sancti ejus : et consitemini memorie sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus : et vita in voluntate ejus. Ad vesperum demorabitur fletus : et ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea : non movebor in æternum. Domine, in voluntate tua præstisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam a me : et factus sum conturbatus. Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem ? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam ? Audivit Dominus, et misertus est mei : Dominus factus est adjutor meus. Converstisti planctum meum in gaudium mihi : concidisti saceum meum, et circumdedisti me lætitia. Ut canet tibi gloria mea et non compungar : Domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

*Ut supra.* Ego dormivi.

*Oratio.* Susceptor omnium clementissime Deus, ne permittas delectari inimicos nostros super nos ; sed ita nos tua virtute corrobora, ut conversum planetum nostrum in sanctitatis tue gaudium, memoria jugiter excolamus. Per.

*Alia.* Audi, Domine, et miserere nostri, et confitentes memorie sanctitatis tue, lætitia confessionis accinge : et quia in voluntate tua vita est nostra, voluntatis ipsius munus impertire ; ut dum nobis vita ex voluntate tua tribuitur, voluntas tua vite ipsius munere impleatur. Per.

### PSALMUS DE ASCENSIONE.

(PSAL. VIII.) Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra ! Quoniam elevata est magnificentia tua super celos. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem. Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum : lunam et stellas, que tu fundasti. Quid est homo, quod memor es ejus : aut filius hominis, quoniam visitas eum ? Minuisti eum paulo minus ab angelis : gloria et honore coronasti cum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus : oves et boves universas, insuper et pecora campi. Volucres coeli, et pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster : quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

*Ut supra.* Ascendit Deus in jubilo. Regnabit Deus super gentes.

**94 Oratio.** Quid est homo, Domine, quod memor es ejus ? aut cur es tu filius hominis, nisi ut eum, ne in perpetuum periret, redimeres ? Ba ergo nobis auxilium necessarium, qui dedisti pro nobis sanguinem pretiosum ; et praesta, ut quos mors tua redimit, eorum te vita glorificet.

Secundum nomen tuum, Deus. Exaudivit de templo sancto suo vocem meam. Psallite Deo nostro, quoniam rex omnis terræ Deus.

*Oratio.* Admirabile nomen tuum, omnipotens Dominus, supplices exoramus, ut qui omnem creaturam mundi ad usum hominum subjecisti, nos ad tuæ servitutis officium dignos digneris efficiere. Per.

*Item Oratio.* Exaudi, Domine, sancte Pater omnipotens æterne Deus, orationes nostras, quas pietatis tue fundimus in memoriam sacræ incarnationis, nativitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis incarnari, nasci, mori, resurgere, cœlosque ascendere, nostram sua virtute captivitatem ducens captivam, dignatus est; ejus gubernatione, protectione, misericordia, a cunctis muniamur diabolice fraudis insidiis, qui tecum vivit in unitate Spiritus sancti per immortalia sæcula sæculorum.

#### FERIA ITEM VI ORATIO SANCTI CYPRIANI MARTYRIS.

Domine sancte Pater agios, ad te levavi animam meam. Deus meus, quis enim major te? Tibi gratias et laudem refiero. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum nostrorum, Deus apostolorum, Deus prophetarum, Deus martyrum; qui es, et qui fuisti ante mundi constitutionem. Deus vivorum, venturus judicare vivos et mortuos, qui es Deus verax, qui sedes super cherubim, et prospicis abyssos: qui vides cuncta, priusquam nascantur, qui habes potestatem occidere, et rursum restituere; qui habes potestatem de arido viridem facere. Tu omnium Deus dominator, libera me ab hoc sæculo. Exaudi me orantem, sicut exaudisti filios Israel de terra Ægypti, et non tibi crediderunt, nec famulo tuo Moysi. Væ peccatis meis! cum te levaveris confringere terram, sub quam fissuram petrarum me absconsurus sum ante virtutem tuam? Cui monti dicturus sum, cade super me: et cui colli, tege me ante metum Domini, cum te levaveris confringere terram? Rogo, Domine, subveni mihi, et noli secundum actum meum me judicare: nihil enim in præceptis tuis parvi. Exaudi me rogantem. Sicut exaudisti Jonam de ventre ceti, sic exaudias me et ejicias me de morte ad vitam. Sicut Ninivitae induerunt

C cinerem et cilicum, et pœnitentiam egerunt, ita et

ego exhomogesin faciens ante conspectum tuum pro universis peccatis meis, qui es amator pœnitentiae, miserere mei. Sed et David dicit: Domine, proprie nomen tuum dele peccatum meum; et ego deprecans majestatem tuam: dele universa peccata mea. Exaudi me orantem sicut exaudisti tres pueros de camino ignis, Ananiam, Azarium, Misael: et misisti angelum tuum cum nimbo roris. Confusus est Nabuchodonosor præpositus regni, quoniam tu es Rex regnantium, et Dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem, et lucem inaccessibilem, quem nemo hominum videt, nec videre potest. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Daniëlem de lacu

A leonum, et misisti Habacuc prophetam, et attulit ei prandium, et dixit: Prande prandium quod tibi misit Dominus, Et dixit Daniel: Non relinquit Dominus quærentes se. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Tobiam et Saram, dum orarent in atrio domus sue: tunc obtulit pro eis Raphael angelus orationem eorum; sic exaudias preces meas, et admittas ad aulam sanctam tuam orationes meas: et continenter mittas angelum tuum, qui delectat universa commissa mea, sicut delesti spiritum immundum a Sara, filia Raguel. Illumines cor meum, sicut illuminasti oculos Tobiae. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannam, et liberasti eam de manibus seniorum, sic et me liberas ab hoc sæculo, quia tu es amator pœnitentiae. Exaudi me orantem, sicut exaudisti B Ezechiam regem Judæ, et delesti ab eo infirmitatem carnis; sic et a me auferas infirmitatem corporis et animæ, et augeas mihi fidem, sicut auxisti illi annos xv ad vitam. Liberas me de medio sæculi hujus, sicut liberasti Theclam de medio **95** amphitheatro; sic liberas me de omni infirmitate carnis. Te deprecor, Pater, qui in fine temporum commenioratus es nostri, mittens nobis Jesum Christum Filium tuum Dominum Salvatorem nostrum, natum ex Maria virgine de Spiritu sancto, annuntiante Gabriel angelo, per quem nos liberasti de periculo mortis imminentis. Et te deprecor, Fili Dei viventis, qui fecisti magnalia in Cana Galileæ, de aqua vinum fecisti propter Israel: qui cæcis oculos aperuisti, qui surdum audire fecisti, qui paralyticos ad sua membra revocasti, linguas blesorum dæmonio vexante sanasti, claudos currere fecisti velut cervos, mulierem profluxu sanguinis liberasti, mortuos suscistasti, super aquam pedibus ambulasti: qui mare fundasti, et terminos ei imposuisti in tua virtute. Te deprecor, Fili Dei vivi, propter universa commissa mea, qui es in cœlis Filius in Patre, Pater in te sempiterno; qui sedes super cherubim et seraphim, sedem honoris tui. Tibi assistunt angeli, numerus inæstimabilis, timentes et paventes honorem et virtutem tuam, clamantes voce magna, et dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, Deus Sabaoth. Tu ipse nobiscum testamentum fecisti, et paulo post dixisti: Petite et accipietis, quærite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Quodcumque a Patre meo petieritis in nomine meo, accipietis. Ego Patrem peto, ut accipiam; ego quero, ut inveniam; ego pulso, ut aperiatur mihi. Ego in tuo nomine peto, ut tu Patrem petas, et detur mihi venia. Paratus sum propter nomen tuum victimam sanguinis fundere, et quodcumque tormentum sustinere. Tu es adjutor meus, defensor meus, defende ab adversario animam meam. Angelus tunc lucis protegat me, quoniam tu dixisti: Quod credentes petieritis per orationem, dabitur vobis. Omnis homo mendax; tu solus verax. Sicut tu repromisisti, potestatem habes dare. Domine, revela mihi sacramentum tuum coeleste, ut dignus sim faciem sanctorum tuorum videare. Spiritus sanctus in me operetur voluntatem

**t**uam, quam tibi spopondi omnibus diebus vita mea. Qui passus es sub Pontio Pilato bonam confessionem. Crucifixus es, descendisti, et conculcasti aculeum mortis. Qui dixisti, ubi es mors, quae regnabas? Ubi es, aculeus mortis? Victa es mors, devictus inimicus diabolus. Tu resurrexisti a mortuis, et apparuisti apostolis tuis. Ascendisti ad cœlos, sedes ad dexteram Patris, venturus judicare vivos et mortuos. Qui nostri dominaris, libera me de manu quærentis animam meam. Per nomen sanctum tuum deprecor, libera me ab adversarii parte, ut operam desvincendi inimicum meum; quoniam tu es potens assertor, et advocatus precum; et ad petitionem nostram die et nocte, Domine, interpellans pro peccatis meis, orationem meam perferas ad Patrem tuum. Digneris respicere super preces meas, sicut respexit super munera Abel justi tui. Digneris me liberare ab igne perenni poenarum, et ab omni tormento, quod parasti iniquis, per bonum et benedictum Jesum Christum Salvatorem nostrum, per quem tibi est honor, virtus, gloria in secula seculorum. Amen.

## ALIA ORATIO.

Largire mihi, Domine, munditiam laborum, puritatem et innocentiam cordis, rectitudinem operis. Dona mihi humilitatem, patientiam, abstinentiam, castitatem, sobrietatem, prudentiam, justitiam, fortitudinem, sive temperantiam. Largire mihi spiritum sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis atque timoris tui. Da mihi irriguum inferius, et irriguum superius. Praebe mihi geminum charitatis effectum, fidem rectam, spem inconcussum. Da mihi benedictionem de rore cœli, et pinguedine terræ. Fac me toto corde meo, tota anima mea exquirere faciem tuam. Concede mihi in tuo conspectu cor habere contritum et humiliatum, tuæ charitati nihil præponere, tuo quandoque amore mundo funditus extingui. Fac me in tuo sacrificio hostiam vivam fieri, tuæ clementiae holocausta medullata offerre. Summa, æterna et ineffabilis sapientia, depelle a me cæcitatibus et ignorantias tenebras. Summa æterna virtus, libera me. Summa æterna fortitudo, adjuva me. Summa et incomprehensibilis lux, illumina me. Summa et infinita misericordia, miserere mei. Amen.

## 96 COLLECTIO PSALTERII BEDÆ \*

**P**sal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra derisorum non seddit. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum transplantatum juxta rivulos aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium ejus non defluet, et omne, quod fecerit, prosperabitur.

**ii.** Nunc ergo, reges intelligite, erudimini judices terræ. Servite Domino in timore, et exultate ei in

**A** tremore. Adorate pure, ne forte irascatur, et pereatis de via.

**iii.** Tu autem, Domine, clypeus circa me; gloria mea, et exaltans caput meum. Surge, Domine, salvum me fac, Deus meus.

**iv.** Miserere mei, et exaudi orationem meam.

**v.** Verba mea audi, Domine, intellige murmur meum. Rex meus, et Deus meus: quoniam ad te deprecor. Domine, deduc me in justitia tua, propter insidiatores meos: dirige ante faciem meam viam tuam.

**B** **vii.** Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corriplas me. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde, et tu, Domine, usquequo? Reverte, Domine, et erue animam meam: salva me propter misericordiam tuam.

**viii.** Domine Deus meus, in te operavi: salva me ab omnibus persequentibus me, et libera me. Ne forte rapiat, ut leo animam meam laceret, et non sit qui eruat.

**viii.** Domine, dominator noster, grande est nomen tuum in universa terra.

**ix.** Lætabor, et gaudebo in te, canam nomini tuo, Altissime. Exsurge, Domine Deus, leva manum tuam, noli obliisci pauperum.

**x.** Dominus justum probat.

**xi.** Salva nos, Domine.

**xii.** Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? Convertere, et exaudi me, Domine Deus meus: ne quando dicat inimicus meus: Prævaluï aduersus eum.

**xiii.** Exultabit Jacob, et lætabitur Israel.

**xiv.** Timentes autem Dominum glorificat.

**xv.** Custodi me, Deus, quoniam speravi in te dicens Deo: Dominus meus es tu, bene mihi non est sine te.

**xvi.** Intende deprecationem meam, sustenta gressus meos in callibus tuis, et non labentur vestigia mea. Inclina aarem tuam mihi: audi eloquium meum. Mirabilem fac misericordiam tuam, Salvator, sperantium in te. Custodi me quasi pupillam intus in oculo, in umbra alarum tuarum protege me. Ego autem in justitia videbo faciem tuam.

**xvii.** Diligam te, Domine, fortitudo mea.

**xviii.** Ab occultis meis munda me, a superbis quoque libera servum tuum. Sint placentes sermones oris mei, Domine, fortitudo mea, et redemptor meus.

**xix.** Nos autem nominis Domini recordabimur.

**xx.** Exaltare, Domine, in fortitudine tua, cantabimus et psallemus fortitudines tuas.

**xxi.** Tu autem, Domine, ne longe sis fortitudo mea: in auxilium meum festina. Erue a gladio armati meam, salva me ex ore leonis.

\* Hujus psalterii meminit Alcuinus in epist. 153, ad Arnonem.

**xxii.** Et benignitas et misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vite.

**xxiii.** Et accipiam benedictionem a Domino.

**xxiv.** Ad te, Domine, animam meam levo. Vias tuas, Domine, ostende mihi: et semitas tuas doce me. Deduc me in veritate tua, doce me, quia tu es Deus Salvator meus. Peccatorum adolescentiae meae et scelerum meorum. ne memineris. Secundum misericordiam tuam recordare mei. Propter nomen tuum propitiare iniquitati meae, quoniam grandis est. Respic in me, et miserere mei: de angustiis meis educ me. Vide afflictionem meam, et porta omnia peccata mea. Custodi animam meam, et libera me.

**97 xxv.** Domine, dilexi habitaculum domus tue. Ne auferas cum peccatoribus animam meam: redime me, et miserere mei.

**xxvi.** Dominus lux mea, et salutare meum, quem timebo? Audi, Domine, vocem meam invocantis: miserere mei, et exaudi me. Ne abscondas faciem tuam a me, ne declines in furore a servo tuo. Auxilium meum fuisti, ne derelinquas me, et ne dimittas me, Deus Salvator meus. Ostende mihi, Domine, viam tuam, et deduc me in semita recta, propter insidiatores meos. Ne tradas me, Domine, animae tribulantium me. Ego autem credo, quod videam bona Domini in terra viventium.

**xxvii.** Audi, Domine, deprecationem meam, cum clamavero ad te. Ne tradas me cum impiis, et cum operantibus iniquitatem.

**xxviii.** Dominus fortitudo mea, et scutum meum. Adorate Dominum in decore sancto.

**xxix.** Audi, Domine, et miserere mei. Domine, esto adjutor, ut laudet te gloria, et non taceat. Domine Deus meus, in sempiternum confitebor tibi.

**xxx.** In te, Domine, speravi, non confundar in eternum: in justitia tua salva me. Inclina ad me aurem tuam, velociter libera me: quia petra mea, et munitio mea tu es. In manu tua commendo spiritum meum. In manu tua tempora mea. Libera me de manu inimicorum meorum, et persequentium me. Ostende faciem tuam super servum tuum, salva me in misericordia tua.

**xxxi.** Beatus, cui dimissa est iniquitas, et absconditum est peccatum. Peccatum meum notum facio tibi, et iniquitatem meam non abscondo. Tu es protectio mea, ab hoste custodies me.

**xxxii.** Ecce oculus Domini super timentes eum, et expectantes misericordiam ejus. Sit misericordia tua, Domine, super nos, sicut exspectavimus te.

**xxxiii.** Benedicam Domino in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Magnificate Dominum mecum, et exalteamus nomen ejus pariter. Quæsivi Dominum, et exaudivit me; et de omnibus angustiis meis liberavit me. Gustate, et videte, quoniam bonus est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. Timete Dominum sancti ejus, quoniam non est inopia timentibus eum. Quærerentibus autem Dominum non deerit omne bonum. Dominus custodit omnia ossa eorum,

**A** unum ex eis non confringetur. Redimet Dominus animas servorum suorum.

**xxxiv.** Judica, Domine, adversarios meos; pugna contra impugnantes me. Apprehende scutum et hastam, et consurge in auxilium meum. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Anima autem mea exultabit in Domino, et letabitur in salute sua. Confitebor tibi in Ecclesia grandi, et lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.

**xxxv.** Domine, in coelo misericordia tua. Quam pretiosa est misericordia tua, Domine! Quoniam tecum est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumen. Arahe misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes superbi, et manus impiorum non me commoveat.

**B** **xxvi.** Puer fui, siquidem senui: et non vidi iustum derelictum. Quia Dominus diligit judicium, et non derelinquet sanctos suos. In eternum custoditi sunt, et auxiliabitur eis Dominus.

**xxvii.** Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Te enim, Domine, exspectabam: tu exaudies, Domine Deus meus. Quia sequabar bonum, ne derelinquas me. Domine Deus meus, ne elongeris a me: festina in auxilium meum, Domine salutis meæ.

**xxviii.** Præstolatio mea, tu es, ab omnibus iniquitatibus meis libera me. Opprobum stulto ne ponas me, tolle a me plagas tuas.

**xxix.** Exspectans exspectavi Dominum, et inclinatus est ad me. Et audivit clamorem meum, Domine, ad adjuvantum me festina. Gaudent et letentur, qui querunt te, auxilium meum et salutare meum tu es, Deus meus, ne moreris.

**98 xl.** Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Tu autem, Domine, miserere mei.

**xli.** Sicut arcola præparata ad irrigationes aquarum: sic anima mea præparata est ad te, Deus.

**xlii.** Judica me, Deus, et discerne causam meam a gente non sancta: a viro doloso et iniquo libera me. Tu enim es fortitudo mea, quare projecisti me?

**xliii.** Surge, auxiliare nobis: et redime nos propter misericordiam tuam.

**xliv.** Thronus tuus, Deus, in sæculum: et in eternum. Propterea populi confitebuntur tibi in sæculum, et in eternum.

**xlv.** Deus misericors, spes et fortitudo: auxilium in tribulationibus inventus es validum.

**xlii.** Rex magnus super oram terram. Canite Deo, canite Regi nostro, canite.

**xlii.** Quis ipse est Deus, Deus noster, in sæculum et in perpetuum. Ipse erit dux noster in morte.

**xliii.** Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferiori, cum assumpserit me.

**xlix.** Fortis Deus Dominus locutus est: non propter victimas tuas arguant te: et holocausta tua coram me sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulum, neque de gregibus hircos: mea sunt enim omnia animalia silvarum. Scio omnes aves montium,

et universitas agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis, et plenitudo ejus. Immola Deo laudes, et reddere Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis: liberabo te, et glorificabis me. Qui immolat confessionem, glorificat me; et qui ordinate ambulat, ostendam ei salutare meum.

L. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Juxta multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitates meas. Multum lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitates meas cognovi: et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi, et malum eorum te feci. Absconde faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum stabilem renova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi letitiam Jesu tui, et spiritu potenti confirma me. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: laudabit lingua mea justitiam tuam. Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam. Sacrificium Deo spiritus contributatus, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

L.I. Misericordia Dei tota est die. Ego autem sicut oliva virens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sacculum sempiternum.

L.II. Exsultabit Jacob, et letabitur Israel.

L.III. Deus, in nomine tuo salva me, et in fortitudine tua ulciscere me. Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

L.IV. Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despicias depreciationm meam: attende mihi, et exaudi me. Ego autem fiduciam habeo tui.

L.V. In quaunque die territus fuero, ego in te confidam. Non timebo, quid faciat mihi caro, hoc scio, quia Deus meus es.

L.VI. Miserere mei, Deus, miserere mei: quoniam in te sperat anima mea. In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeant insidiae. Invocabo Deum altissimum, Deum ultorem meum. Mittet de celo, et salvabit me.

L.VII. Vere est Deus judicans in terra.

L.VIII. Erue me de inimicis, Deus meus, et a resistentibus mihi protege me. Fortitudinem meam ad te servabo. Quoniam tu, Deus, elevator meus, Dei mei misericordia præveniet me. Quoniam factus es fortitudo mea, et refugium meum in die tribulationis meae. Tibi cantabo quoniam Deus adjutor meus, fortitudo mea, Deus misericordia mea.

L.IX. Da nobis auxilium in tribulatione, vana est enim salus ab homine. In Deo faciemus virtutem, et ipse conculcabit tribulantes nos.

L.X. Exaudi, Deus, laudationem meam: intende orationi meae. De novissimo terræ ad te clamabo, cum triste fuerit cor meum. Cum fortis elevabitur adversum me, tu eris ductor meus. **99** Fuisti spes mea, turris munitissima a facie inimici. Habitabo in tabernaculo tuo, jugiter sperabo in protectione ala-

A rum tuarum. Tu enim, Deus, exaudisti orationem meam: dedisti haereditatem timentibus nomen tuum. Misericordia et veritas servabant eum.

LXI. Ab ipso enim prestolatio mea, ipse est fortitudo mea et salus mea: susceptor meus, non timbo.

LXII. Deus, fortitudo mea tu es, de luce consurgam ad te. Sitivit te anima mea: desideravit te caro mea. Sic in sancto apparui tibi, ut videam fortitudinem tuam et gloriam tuam. Melior misericordia tua quam vita: labia mea laudabunt te. Sic benedic tibi in vita mea, in nomine tuo levabo manus meas. Quia fuisti auxilium meum, in umbra alarum tuarum laudabo te.

LXIII. Audi, Deus, vocem meam loquentis, a timore inimici serva vitam meam.

LXIV. Exaudi nos, Deus salvator noster.

LXV. Omnis terra adoret et canet tibi, canet nomini tuo. Benedicite populi Deo nostro, et auditam facite vocem laudis ejus. Qui posuit animam nostram in vita. Benedictus, qui non abstulit orationem meam, et misericordiam tuam a me.

LXVI. Deus misereatur nostri, et benedictat nobis, illustrat faciem suam super nos. Benedicat nobis Deus, Deus noster, benedictat nobis Deus.

LXVII. Exsurgat Deus, et dispergantur inimici ejus, et fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Justi autem letentur et exsultent in conspectu Dei, gaudent in letitia.

C LXVIII. Exaudi me, Domine, quoniam bona est misericordia tua; secundum multitudinem miserationum tuarum respice ad me. Et ne abscondas faciem tuam a servo tuo, quoniam tribulor, cito exaudi me. Accede ad animam meam, et redime eam: propter inimicos meos libera me. Salus tua, Deus, suscepit me.

LXIX. Deus, ut liberes me, Domine, ut auxiliferis mihi festina. Gaudeant et letentur in te omnes, qui querunt te. Ego autem egens et pauper; Deus, festina pro me. Auxilium meum et salvator meus, tu Domine, ne moreris.

LXX. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum: in justitia tua erue me, et libera me. Inclina ad me aurem tuam, et salva me. Deus mens, salva me de manu impii, de manu iniqui et nocentis; quia tu es exspectatio mea, Domine. Deus, ne elongeris a me: Deus, ad auxiliandum mihi festina.

D LXXI. Erit nomen tuum in æternum, ultra solem, perseverabit nomen tuum.

LXXII. Mihi autem appropinquare Deo bonum est, posui in Domino Deo spem meam.

LXXIII. Deus autem rex meus ab initio. Ne tradas bestias animam eruditam lege tua: vitæ pauperum tuorum ne obliviscaris in perpetuum.

LXXIV. Ego autem annuntiabo in sempiternum, cantabo Deo Jacob.

LXXV. Cum surrexerit ad iudicandum Deus, ut salvos faciat omnes nites terræ.

LXXVI. Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea

ad Dominum, et exaudivit me. In die tribulationis **A** meæ Deum requisivi.

LXXVII. Ipse vero misericors propitiatur iniquitati, et non disperdet.

LXXVIII. Ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum. Cito anticipent nos misericordiaæ tue, quia attenuati sumus nimis. Auxiliare nobis, Deus Jesus noster, propter gloriam nominis tui, et libera nos. Et propitiare peccatis nostris propter nomen tuum.

LXXIX. Suscita fortitudinem tuam, et veni: ut salvoe facias nos. Domine Deus exercituum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

LXXX. Laudate Dominum, fortitudinem nostram.

LXXXI. Judicate pauperi et pupillo, egeno et inopio juste facite. Salvate inopem; et pauperem de manu impiorum liberate.

LXXXII. Deus, ne taceas, ne sileas, et non quiescas, Deus. Et sciunt [F., sciant], quia nomen tuum est, Domine, solus tu excelsus super omnem terram.

LXXXIII. Domine Deus exercituum, exaudi orationem meam: Domine exercituum, beatus homo, qui confidit in te.

**100** LXXXIV. Converte nos Jesus noster, et solve iram tuam adversum nos. Noli in æternum irasci nobis. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.

LXXXV. Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: quia egenus et pauper ego sum. Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamabo tota die. Laetifica animam servi tui, quia ad te animam meam levo. Tu enim es, Domine, bonus et propitiabilis: et multis misericordia omnibus, qui invocant te. Exaudi, Domine, orationem meam: et ausculta vocem deprecationum mearum. In die tribulationis meæ invokebo te, quia exaudies me. Doce me, Domine, viam tuam: ut ambulem in veritate tua. Unicum fac cor meum, ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in sempiternum. Tu autem, Domine, Deus misericors et clemens, respice ad me, et miserere mei: da fortitudinem servo tuo, et salva filiam ancillæ tuæ. Fac tecum signum in bonitate, et audiant, qui oderunt me, et confundantur. Quia tu, Domine, auxiliatus es mihi, et consolatus es me.

LXXXVI. Et cantabunt, quasi in choris, omnes fortes mei in te.

LXXXVII. Ingrediatur ante te oratio mea: inclina aurem tuam ad laudationem meam. Ego autem ad te, Domine, clamavi: et mane oratio mea præveniet te.

LXXXVIII. Confitebuntur coeli mirabilia tua, Domine: misericordia et veritas præcedent faciem tuam.

LXXXIX. Appareat apud servos tuos opus tuum, et gloria tua super filios eorum. Et sit decor Domini Dei nostri super nos, et opus manuum nostrarum confirma.

xc. Tu enim es, Domine, spes mea.

xci. Quoniam lætificasti me, Domine, in opere tuo.

xcii. Testimonia tua fidelia facta sunt nimis.

xciii. Misericordia tua sustentabat me.

xciv. Venite, adoremus et curvemur. Flectamus genua ante faciem Domini factoris nostri: quia ipse est Dominus Deus noster.

xcv. Gloria et decor ante vultum ejus.

xcvi. Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit animas sanctorum suorum: de manu impiorum eruet eos.

xcvii. Recordatus est misericordie sue. Et exalte Dominum Deum nostrum.

xcviii. Servite Domino in lætitia. Ingredimini coram eo in laude.

xcix. Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, et ipsius sumus.

**B** c. Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine, peccatum et erudiari in via perfecta, quando venias ad me.

ci. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. Ne abscondas faciem tuam a me. In die tribulationis meæ inclina ad me aurem tuam. In quacunque die invocabero te, velociter exaudi me.

cii. Benedic, anima mea Domino, et noli obliisci omnium retributionum ejus. Qui propitiatur in cunctis iniquitatibus: et sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimet de corruptione vitam tuam, et coronat te in misericordia et miserationibus

C ciii. Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus, magnificatus es nimis. Gloria et decore induit es. Sit gloria Domini in sempiternum: letabitur Dominus in operibus suis.

civ. Quærите Dominum, et virtutem ejus: quærite faciem ejus jugiter. Recordamini mirabilium ejus, quæ fecit.

cv. Beati, qui custodiunt judicium, et faciunt iustitiam in omni tempore. Salva nos, Domine Deus noster, ut confitemur nomini sancto tuo: et canamus laudantes: benedictus Dominus Deus Israel.

cvi. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus. Confitemini Domino misericordia ejus, et mirabilia ejus in filios hominum. Quia saturavit animam vacuam, et animam esurientem implevit bonis.

D cvii. Da nobis auxilium in tribulatione: vana est enim salus ab homine. In Deo erimus fortes, et ipse concubabit hostes nostros.

**101** cviii. Tu autem Deus Domine, fac meum propter nomen tuum: quoniam bona est misericordia tua. Libera me, quoniam egenus et pauper sum ego: adjuva me, Domine Deus meus. Salva me secundum misericordiam tuam.

cix. Dominare in medio inimicorum tuorum.

cx. Confitebor Domino in toto corde meo. Gloria et decor opus ejus: opus manuum ejus veritas et judicium.

cxi. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus volet nimis. In memoria sempiterna erit justus,

**a** ab auditu malo non timebit. Sit nomen Domini be- dictum, modo usque in æternum.

**cxxii.** Non nobis, Domine, non nobis : sed nomini tuo da gloriam. Propter misericordiam tuam, et veritatem tuam.

**cxxiii.** Ohseero, Domine, salva animam meam.

**cxxiv.** Et nomen Domini invocabo. Gloriosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

**cxxv.** Et veritas Domini in æternum.

**cxxvi.** Dominus, Dominus meus es, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi auxiliator, et ego despiciam odientes me. Melius est sperare in Domino, quam sperare in homine. Melius est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Confitetur tibi, Domine, quoniam exaudisti me : et factus es mihi in salutem.

**cxxvii.** Confitetur tibi, Domine, in directione cordis : cum didicero iudicia justitiae tuae. Ne errare facias me a mandatis tuis. Revela oculos meos, et videbo mirabilia in lege tua. Viam mendacii aufer a me, et legem tuam dona mihi. Inclina cor meum ad testimonia tua et non ad avaritiam. Et veniant mihi misericordiae tuae, Domine, et salus tua juxta eloquium tuum. Hæc est consolatio mea in afflictione mea, quia eloquium tuum vivificavit me. Misericordia tua completa est terra, præcepta tua doce me. Antequam audirem ego ignoravi. Bonus tu et beneficus, doce me præcepta tua. Sit, obseero, misericordia tua in consolatione mea, sicut locutus es servo tuo. Secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimoniumoris tui. Nisi quod lex tua meditatio mea est, forte perissem in pressura mea. Quam dulce gutturi meo eloquium tuum ; super mel ori meo. Voluntariaoris mei complacent tibi, Domine, et secundum iudicia tua doce me. Confirmat me secundum verbum tuum, et vivam : auxiliare mihi, et salvus ero. Fac cum servo tuo juxta misericordiam tuam, et præcepta tua doce me. Respic ad me, et miserere mei, et doce me præcepta tua. Justus es, Domine, et rectum iudicium tuum. Vocem meam audi juxta misericordiam tuam, Domine : secundum iudicium tuum vivifica me. Vide afflictionem meam, et eripe me : juxta misericordiam tuam vivifica me. Pax multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum. Ingrediatur fons mea coram te, Domine, secundum verbum tuum. Veniat deprecatione mea ante vultum tuum : secundum eloquium tuum libera me.

**cxxviii.** Domine, libera animam meam a labio mendacii, a lingua dolosa.

**cxxix.** Levabo oculos meos in montes, unde veniat auxilium mihi.

**cxxx.** Sit bene his, qui diligunt te.

**cxxxi.** Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

**cxxxii.** Auxilium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.

**cxxxiii.** Benefac, Domine, bonis et rectis corde.

**cxxxiv.** Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut rivum in austro.

**cxxv.** Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

**cxxvi.** Beatus omnis, qui timet Dominum, qui ambulat in viis ejus.

**cxxvii.** Benedictio Domini sit super nos.

**cxxviii.** Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentis ad vocem deprecationis meæ.

**cxxix.** Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

**cxxx.** Hæc est requies mea in sempiternum.

**cxxxii.** Quoniam ibi mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in æternum.

**102** **cxxxii.** Qui statis in domo Domini.

**cxxxiii.** Laudate Dominum, quoniam bonus est.

**cxxxiv.** Confitemini Deo cœli, quoniam in æternum misericordia ejus.

**cxxxv.** Beatus homo, qui amat Dominum.

**cxxxvi.** Confitetur tibi, Domine, in toto corde meo. Domine, misericordia tua in æternum, opera manuum tuarum ne dimittas.

**cxxxvii.** Si ascendero in cœlum, ibi es tu : si jacuerio in infernum, ibi ades.

**cxxxviii.** Erue me, Domine, ab homine malo : a viris iniquis salva me.

**cxxxix.** Exaudi vocem meam clamantis ad te. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.

**cxl.** Pone, Domine, custodiam ori meo : serva paupertatem labiorum meorum. Educ de carcere animam meam, ut confitear nomini tuo.

**cxi.** Domine, exaudi orationem meam, exaudi me in justitia tua. Et non venias ad judicandum cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Fac me audire mane misericordiam tuam, quoniam in te confido. Notam fac mihi viam, in qua ambulo, quoniam ad te levabo animam meam. Libera me de inimicis meis, Domine, a te protectus. Doce me, ut faciam voluntatem tuam, quia tu Deus meus. Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta, propter nomen tuum. Domine, vivificabis me in justitia tua. Ego enim sum servus tuus.

**cxl.** Benedictus Dominus fortis meus, misericordia mea, et fortitudo mea : auxiliator meus, et salvator meus.

**cxl.** In omni die benedic tibi, et laudabo nomen tuum in sempiternum jugiter.

**cxliv.** Laudem Domini loquetur os meum, et benedicat omnis caro nomini sancto ejus : in æternum et jugiter.

**cxlv.** Lauda, anima mea, Dominum, laudabo Dominum in vita mea : cantabo Deo meo, quando sum.

**cxlvi.** Laudate Dominum, quoniam bonus est : placetur Domino in his, qui timent eum, et expectant misericordiam ejus.

**cxlvi.** Flabit spiritu suo, et fluent aquæ.

**cxlviii.** Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laude eum, omnes angeli ejus. Lau-

date eum omnes exercitus ejus. Laudate cum, sol et luna : laudate eum, stellæ luminis. Laudate eum, cœli cœlorum, et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini. Quoniam ipse mandavit, et creata sunt. Laudate Dominum, reges terræ, et omnes populi : principes, et universi judices terræ. Juvenes et virgines, senes cum pueris laudent nomen Domini. Quoniam sublime nomen ejus solius, gloria ejus in cœlo et in terra. Exaltavit cornu populi, laus omnibus sanctis ejus.

**cxlvi.** Cantate Domino canticum novum, laus ejus in congregazione sanctorum. Exaltabit mansuetos in Jesu. Exsultabunt sancti in gloria, laudabunt in eu-  
bliibus suis. Exsultationes Dei in gutture eorum.

**cl.** Omne quod spirat laudet Dominum.

LITANIA UT SUPRA, ET PRECES.

Vivit anima mea, et laudabit te. Judica, Domine, nocentes me. Repleatur os meum laude. Domine, averte faciem tuam a peccatis meis. Cor mundum crea in me, Deus. Redde mihi latitudinem salutis tui. Domine, ne simul tradas me cum peccatoribus. Domine, non secundum peccata nostra facies nobis. Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum. Adjuva nos, Deus salutaris noster. Esto nobis, Domine, turris fortitudinis. Adjutor et liberator meus esto, Domine. Benedictus Dominus die quotidie. Ne intres in judicio cum servo tuo. Delicta juventutis meæ. Eripe me, Domine, ab homine malo. Eripe me de inimicis meis, Deus meus. Eripe me de operantibus iniuriam. Sic psalmum dicam domini tuo in æculum seculi. Exaudi nos, Deus salutaris noster. Deus, in adjutorium meum intende. Sanctus Deus, sanctus fortis. Benedic nos Deus Pater. O Domine, salvum me fac. Domine, salvum fac regem. Salvum fac populum tuum. Salvos fac servos tuos. Memento congregationis tuæ. Exaudi, Domine, vocem meam. Miserere mei, Deus, totum. Domine, exaudi.

**103 ORATIO EUGENII TOLETANI EPISCOPI \***

Rex Deus, immensi quo constat machina mundi,  
Quod miser imploro <sup>b</sup>, tu Christe, perfice clemens.  
Sit mihi recta fides, et falsis obvia sectis.  
Sit mihi præcipue morum correctio præsens.  
Sim charus, humilis, verax, cum tempore prudens,  
Secreti tacitus, et lingue famine cautus.  
Da fidum socium, da fixum semper amicum.  
Da blandum, sobrium, parcum, castumque mini-

[strum.

Non me panperies cruciet, nec languor obnuncet.  
Sit comes alma salus, et sufficientia victus.  
Absint divitiæ, fastus, et jurgia, litæ,  
Invidiæ, luxus, et ventris pensio turpis.  
Crimine nec lædam quemquam, nec criminæ lædar.  
Sic bene velle queam, quo pravum posse recedat.  
Nil turpe cupiam, faciam, vel proloquar unquam.  
Te mens desideret, lingua canat, actio promat.

\* Exstat hæc oratio primo loco inter alias orationes et carmina beati Eugenii tom. XII Bibl. PP. edit. Lugd. an. 1677, pag. 345.

**A** Da, Pater altitonans, undosum fletibus imbre ;  
Quo valeam lacrymis culparum solvere moles.  
Da precor auxilium, possim quo vincere mundum,  
Et vitæ stadium placido percurrere passu.  
Cumque suprema dies mortis patefecerit urnam,  
Concede veniam, cui tollit culpa coronam.

SABBATO.

SI CUI VITA PRÆSENS FASTIDIO SIT, ET SUPERNA CONTEMPLARI JUVAT.

ORATIO SANCTI AUGUSTINI.

**c** Deus universitatis conditor, præsta mihi primum, ut te bene rogem : deinde, ut me agam dignum, quem liberes ; postremo, ut liberes. Deus, per quem omnia quæ per se non essent, tendunt esse. Deus, qui ne id quidem, quod se invicem perdit, perire permittis. Deus, qui de nihilo mundum istum creasti, omnium quem sentiunt oculi pulcherrimum. Deus, qui malum non facis, et facis esse, ne pessimum fiat. Deus, qui paucis ad id, quod vere est, refugientibus, estendis malum nihil esse. Deus, per quem universitas, etiam cum sinistra parte, perfecta est. Deus, a quo dissonantia usque in extremum nulla est, cum deteriora melioribus concinant. Deus, quem amat omne, quod potest amare, sive sciens, sive nesciens. Deus, in quo sunt omnia, cuius tamen universæ creaturæ nec turpitudo turpis est, nec malitia nocet, nec error errat. Deus, qui nisi mundos, verum te scire noluisti, Deus Pater veritatis, Pater sapientæ, Pater veræ summæque vitæ, Pater beatitudinis, Pater boni et pulchri, Pater intelligibilis, lucis, Pater evigilationis atque illuminationis nostræ, Pater pignoris, quo admonemur redire ad te, te invoco. Deus veritas, in quo, et a quo, et per quem vera sunt, quæ vera sunt omnia. Deus sapientia, in quo, et a quo, et per quem sapiunt quæ sapiunt omnia. Deus vera et summa vita, in quo, et a quo, et per quem vivunt, quæ vere summeque vivunt omnia. Deus beatitudo, in quo, et a quo, et per quem beata sunt, quæ beata sunt omnia. Deus bonus et pulchrum, in quo, et a quo, et per quem bona et pulchra sunt, quæ bona et pulchra sunt omnia. Deus intelligibilis lux, in quo, et a quo, et per quem intelligibiliter lucent, quæ intelligibiliter lucent omnia. Deus, cujus regnum est totus mundus, quem sensus mortalis corporis iguorat. Deus, de cuius regno lex etiam in ista regna describitur. Deus, a quo averti cadere, in quem converti resurgere, in quo manere consistere est. Deus, a quo exire mori, in quem redire reviviscere, in quo habitare vivere est. Deus,

**D** 104 quem nemo amittit nisi deceptus, quem nemo querit nisi admonitus, quem nemo invenit nisi purgatus. Deus, quem relinquere hoc est, quod perire, quem attendere hoc est, quod amare, quem videre hoc est, quod habere. Deus, cujus nos fides excitat, spes erigit, caritas jungit. Deus, per quem vincimus inimicum, te deprecor. Deus, quem accepimus, ne omnino periremus. Deus, a quo admonemur, ut vigi-

<sup>b</sup> Eugen., Quod miser Eugenius.

<sup>c</sup> Pro usu quinto supra col. 467.

lemus. Deus, per quem a malis bona separamus. Deus, per quem mala fugimus, et bona sequimur. Deus, per quem non cedimus adversitatibus. Deus, per quem bene servimus, et bene dominamur. Deus, per quem discimus aliena esse, quæ aliquando nostra; et nostra esse, quæ aliquando aliena putavimus. Deus, per quem malorum escis atque illecebris non inhæremus. Deus, per quem nos res minutæ non minuant. Deus, per quem melius nostrum deteriori subiectum non est. Deus, per quem mors absorbetur in victoria. Deus qui nos convertis. Deus, qui nos eo, quod non est, exuis, et eo, quod est, induis. Deus, qui nos exaudibiles facis. Deus, qui nos munis. Deus, qui nos in omnem veritatem inducis. Deus, qui nobis omnia bona loqueris, nec insanios facis, nec a quoquam fieri sinis. Deus, qui nos revocas in viam. Deus, qui facis ut pulsantibus aperiatur. Deus, qui nos deducis ad januam. Deus, qui das nobis panem vitae. Deus, per quem sitimus potum, quo hausto nunquam sitiamus. Deus, qui arguis sæculum de peccato, de justitia, de judicio. Deus, per quem nos non movent, qui minime credunt. Deus, per quem improbamus eorum errorem, qui animarum merita nullâ esse apud te putant. Deus, per quem non servimus infirmis et egenis elementis. Deus, qui nos purgas, et ad divina præparas prænbia. Adveni mihi in auxilium propitius : tu quidquid a me dictum est, unus Deus : tu, tu veni, veni in auxilium mihi una, æterna, vera substantia, ubi nulla discrepantia, nulla confusio, nulla transitio, nulla indigentia, nulla mors : ubi summa concordia, summa evidentia, summa constantia, summa plenitudo, summa vita : ubi nihil deest, ubi redundat, ubi qui gignit, et quem gignit, tunc sunt : cui serviant, quæ serviant omnia, cui obtemperat omnis bona anima, cuius legibus rotantur poli, cursus suos sidera peragunt, sol exercet diem, luna temperat noctem : omnisque mundus per dies, vicissitudine lucis et noctis, et per menses clementis decrementisque lunariis, per annos veris, aestatis, autumni, hiemis successionibus perlustrat, perfectione cursus solaris per magnos orbis recursus in ortus suos siderum magnam rerum continentiam, quantum sensibilis materia patitur, temporum ordinibus replicationibusque custodit. Cujus legibus in se stantibus motus instabilis rerum mutabilium perturbates esse non sinitur, frenisque circumfumatum sæculorum semper ad similitudinem stabilitatis removatur. Cujus legibus arbitrium animæ liberum est, bonisque præmia, et malis poenæ, fixis per omnia necessitatibus, distributæ sunt. A quo manant omnia bona usque ad nos, a quo coercentur usque a nobis omnia mala : supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil : sub quo totum, in quo totum, cum quo totum est : qui fecisti hominem ad imaginem et similitudinem tuam, quod qui se novit agnoscit. Exaudi, exaudi, exaudi me, Deus meus, Domine meus, Rex mens, Pater meus, causa mea, spes mea, res mea, honor meus, domus mea, patria mea, salus mea, lux mea, vita mea. Exaudi, exaudi, exaudi me

A more illo tuo, paucis notissimo. Nam te solum amo, te solum sequor, te solum quero, tibi soli servire paratus sum, quia tu solus juste dominaris. Tui juris esse cupio, jube, quæso, atque impera, quidquid vis ; sed sana et aperi aures meas, quibus voces tuas audiam : Sana et aperi oculos meos, quibus nutus tuos videam : expelle a me insaniam, ut recognoscant te. Dic mihi, qua attendam, ut aspiciam te : et omnia me spero, quæ jussesis, esse facturum. Respic, oro, fugitivum tuum, Domine clementissime : jam satis poenas dederim : satis inimicis tuis, quos sub pedibus habes, servierim : satis fuerim fallaciarum ludibrium. Accipe me ab istis fugientem fanulum tuum, quia et ista me, quando a te fugiebam, acceperunt alienum. Ad te mihi redeundum esse sentio, pateat mibi pulsanti janua tua, sed quomodo ad te perveniat, doce me. Nihil aliud **105** habeo, quam voluntatem. Nihil aliud scio, nisi fluxa, et caduca spernenda esse, certa et æterna requirenda. Hoc facio, Pater, quia hoc solum novi : sed unde ad te perveniat, ignoro. Tu mihi suggere, tu ostende, tu viaticum præbe. Si sile te inveniunt, qui ad te refugiant, fidem da : si virtute, virtutem : si scientia, scientiam. Auge in me spem. Auge charitatem. O admiranda et singularis bonitas tua! Ad te ambo, et quibus rebus a te ambiatur, ad te rursus peto. Tu enim si deseris, peritur hic : sed non deseris, quia tu es summum bonum, quod nemo recte quæsivit, et minime invenit. Omnis autem recte quæsivit, quem tu recte querere fecisti, fac et me, Pater ; vindica me ab errore. Querenti te mihi nihil aliud pro te occurrat : si nihil aliud desidero quam te, inveniam te jam, queso, Pater. Si autem est in me superflui alicujus appetitio, tu ipse me munda, et fac idoneum ad videntiam te. Ceterum, de salute hujus mortalis corporis mei, quandiu in hoc habitem, nescio, quid mihi ex eo utile sit, vel eis, quos diligo. Tibi illud committo, Pater sapientissime atque optime, et pro eo, quod admonueris ad tempus, deprecabor. Tantum oro excellentissimam clementiam tuam, ut me penitus ad te convertas, nihil mihi repugnare facias tendenti ad te, jubeasque me, dum hoc ipsum corpus ago atque porto, purum, magnanimum, justum prudentemque esse, perfectumque amatorem perceptoremque sapientiae tue, et dignum habitatione, atque habitatorem beatissimum regni tut. Amen.

D Deus in adjutorium meum intende, ter.

#### PSALMUS.

(PSAL. XLII.) Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad Deum fortè vivum : quando veniam et apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte : dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam : quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Del. In voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Quare tristis es, anima mea ; et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei, et Deus meus. Ad me ipsum anima mea conturbata est : propterea memor ero tui de terra Jordanis, et Hermonii a monte modico. Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte canticum ejus. Apud me oratio Deo vita mea : dicam Deo, susceptor meus es. Quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea : exprobaverunt mihi, qui tribulant me, inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus? quare tristis es, anima mea; et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei et Deus meus.

*Ut supra.* Diligam te, Domine, fortitude mea. Dominus firmamentum meum, et refugium meum, et liberator meus. Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum.

*Oratio.* Vultus nostri mirificum salutare, quem animæ fidelium ardenter sitiunt servulorum; tribuo, quæsumus, ut dum te visibili lacrymarum isabre posti requirimus, invisibiliter te intra pectoris nostri tabernaculum colloemus. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. LXII.) Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, invia, et inaquosa : sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas : labia mea laudabunt te. Sic benedicante in vita mea : et in nomine tuo levabo manus meas. Sicut adipice pinguedine repleteur anima mea : et labiis exultationis laudabit os meum. Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te : quia fuisti adjutor meus. Et in velamento alarum tuarum exsultabo, adhaesit anima mea post te : 106 me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quæserunt animam meam, introibant in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulnus erunt. Rex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui jurant in eo : quia obstructum est os loquuntum iniqua.

*Ut supra.* Beatus quem elegisti et assumasti habitabit in atris tuis.

*Oratio.* Ad te diluculo vigilantibus lumen largire perpetuum, auctor lucis æternæ; ut te labia nostra laudent, te vita benedicat, te meditatio matutina glorificet. Per.

#### PSALMUS.

(PSAL. LXXXIII.) Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum : concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum. Etenim passer invenit sibi domum : et turtur nidum sibi, ubi reponat pullos suos. Altaria tua, Domine virtutum : Rex meus et Deus meus.

A Beati, qui habitant in domo tua, Domine : in secula sæculorum laudabunt te. Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo dispositus in valle lacrymarum : in loco, quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem : videbitur Deus deorum in Sion. Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam : auribus percipe, Deus Jacob. Protector noster aspice Deus, et respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies una in atris tuis super millia. Elegi abjectus esse in domo Dei mei : magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam et veritatem diligit Deus : gratiam et gloriam dabit Dominus. Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia : Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

B

#### LITANIA UT SUPRA.

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo tuo in Hierusalem tibi offerunt reges munera. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ. Sit gloria Domini in seculum, letabitur Dominus in operibus suis. Jucundum sit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino. Letetur cor querentium Dominum, et confirmamini : querite faciem ejus semper.

*Oratio.* Tabernaculorum cœlestium fundator æterne Deus, dispone, quæsumus, ascensus in cordibus nostris, quibus ad tua tabernacula mereamur sine lapsu peccati consendere. Per.

#### ORATIO SANCTI ISIDORI.

C Beatissimi servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes (Luc. XII, 37). Beata vigilia, qua ad Dominum universitatis amatorem vigilatur. Utinam me quoque vilem, licet tamen tam servilem, ita digneris, Domine, de somno inertis excitare; ita illo divinis charitatis igne accendere, quo de meo corde supra sidera exardesceret tua charitatis flamma, tua nimis dilectionis desiderium, semperque divines ignis intra me arderet! Utinam illa ligna haberem, quibus ille ignis jugiter aleretur, pasceretur, sacerderetur, et illa flamma nutririatur, que extinguit nesciret, sed augeri sciret! Utinam talis esset meritum, ut mea lucerna semper tota nocte in templo Domini Dei mei arderet, ut omnibus domum Dei intrantibus luceret! Da mihi, Domine, rogo te, in nomine Jesu Christi, Filii tui Dei mei, illam, que nescit cadere, charitatem : ut mea lucerna accendi sciat, extingui nesciat; mihi ardeat, aliis luceat. Tu ipse, Christe, lucernas nostras accendere digneris, ac lucidissime Salvador noster, quo perpetue luceant in templo tuo, ac pereane lumen a te, pereani lumine accipiant, ut tenetra nostræ illuminentur, mundi autem tenebra fugentur : sic lumen meæ largiaris lucernæ, rogo te, Domine Jesu, ut illius luminis claritate, illa ita mihi sancta sanctorum apparent, que te æternum pontificem æternorum in interioribus magni illius tui templi illo intrantem habeas, quo te jugiter tantummodo aspiciam, desiderem, expectem. Tantum te amans concupiscam. Tuum sit,

queso, ita te nobis pulsantibus demonstrare, aman-  
tissime Salvator noster, ut te amplius intelligentes  
te tantum amemus, te solum die ac nocte medite-  
mur, **107** semper de te cogitemus : et in tanto  
nobis tuam inspirare digneris dilectionem, quantum  
amari Deum decet ac diligi, ut omnia interiora nostra  
tua impletat dilectio, tolosque nos tuus possideat amor,  
tua impletat caritas, ut tua igniti charitate preter  
te aliud amare nesciamus, quo tanta caritas aquis  
multis hujus aeris, hujus terre, hujusque maris ex-  
tingui in nobis nequeat : juxta illud, *Aqua multa  
non poterunt extinguere charitatem* : quod in nobis  
quoque compleri vel ex parte Deus faciat, donante  
Domino nostro Jesu Christo.

## EJUSDEM ALIA ORATIO.

Apud nos fias, quæsumus, Domine, ut nos defen-  
das in gloria : intra nos fias, ut nos recipias : circa  
nos fias, ut nos conserves : ante nos fias, ut nos de-  
ducas : pro nobis fias, ut pro nobis intercedas : super  
omnia fias, ut nos benedicas, et provokes ad tuum  
regnum, qui vivis et regnas.

ITEM SABBATO IN HONORE OMNIUM  
SANCTORUM

## ORATIO SANCTI GREGORII PAPÆ.

Deus omnipotens Pater et Filius et Spiritus sanctus, unica Trinitas in tribus personis, qui es idem  
et qui eras, et qui venturus es. Libera me, Domine,  
ab omnibus peccatis meis et ista mortalitate, et a  
morte pœnæ, a planta usque ad verticem, intus et  
foris. Intercedite pro me sancta cherubim, sancta  
seraphim, sancti throni, sanctæ dominationes, san-  
cti principatus, sanctæ potestates, sanctæ virtutes,  
sancti angeli, sancti archangeli. Sancte Gabriel, san-  
cte Michael, sancte Raphael, orate pro me. Interce-  
dite pro me, sancti patriarchæ, sancti duces, sancti  
judices, sancti sacerdotes, sancti prophetæ, sancti  
reges, sancti Machabæi, sancti Infantes. Intercedite  
pro me nativitas Christi, Christi circumcisio, Christi  
baptisma, Christi operatio, Christi virtutes, Christi  
doctrina, Christi crux, Christi anima, Christi caro,  
Christi resurrectio, Christi descensio, Christi ascensio.  
Sancta Maria, sancti apostoli, sancti discipuli,  
sancti successores, sancti baptistæ, sancti principes,  
sancti episcopi, sancti presbyteri, sancti diaconi,  
sancti subdiaconi, sancti lectores, sancti exorcistæ,  
sancti martyres, sancti confessores, sancti anachor-  
etæ, sancti monachi, sancti clerici, sancti laici, sanctæ  
virgines, sanctæ uxores, sancti domini, sancti  
servi, sancti divites, sancti pauperes, sancti docto-  
res, sancti fratres, sanctæ sorores. Horum omnium  
generaliter nomina, et memoriae, et spiritus, et  
animæ, et sanctæ cogitationes, et sancta verba, et  
sancta opera, et merita in cœlis, et reliquiae in ter-  
ris, et divitiae bonitatis Dei, et longanimitatis, et pa-  
tientiæ, et misericordiæ : hæc omnia in nomine Do-  
mini nostri Jesu Christi, sint scuta, sint galeæ, sint  
sanitates, sint suffragia, sint loriceæ animæ mer, et

PATBOL. CI.

**A** spiritus mei, et corporis mei cum omnibus personis  
meis intus et foris, a planta usque ad verticem : vi-  
sui, auditui, odoratui, gustui, tactui, carni et san-  
guini cum omnibus ossibus, et nervis, et visceribus  
meis, venis, medullis, compagibus, artibus meis,  
cuti, meatibus meis. Per te enim, Jesu Christe, om-  
nia vivificantur, et inspirantur, et mutantur, et sana-  
sunt. Protege me, Domine, a dextris et a sinistris,  
ante et retro, subtus et supra, in aere, in terra, in  
aquis, in mari, in flexu, in erectione, in gressu, in  
sede, in stando, in ambulando, in vigilando, in dor-  
miendo, in loco, in omni hora, in omni die, in omni  
nocte, in omni vita. Adjuva me, custodi me, Trini-  
tas sancta, omnipotens Deus. Libera me, Domine,  
ab omni malo præterito, praesenti et futuro : de  
periculis terræ, et maris, et omnium bestiarum, et  
phantasmatum, et volucrum, et quadrupedum, et  
serpentium. Defende me ab igne et fulgere, a toni-  
trio, a grandine, a nive, a pluvia, a ventis, a hiatu  
terræ, a turbine, a terre motu, ab omnibus homini-  
bus malis, a veneficiis, ab invidis oculis. Ego con-  
fiteor impietatem peccati mei : peccator enim sum,  
et de peccato natus. Tu autem verus Deus omnipotens  
sine peccato. Rogo Patrem per Filium. Rogo  
Filiū per Patrem. Rogo Spiritum sanctum per Pa-  
trem et Filium, ut et omnia vitia elongentur a me,  
et omnes sanctæ virtutes plantentur in me. Deus  
immense, **108** a quo omnia, per quem omnia sunt :  
in quo omnia facta sunt, visibilia et invisibilia, su-  
pra tegens, et infra ferens, opera tua extra circum-  
dans, intra replens. Custodi me, Domine, creaturam  
tuam usque in sempiternum. Hos omnes invoco in  
auxilium meum. Per.

## PSALMUS IN HONORE S. MARIE.

(PSAL. XLIV.) Eructavit cor meum verbum bonum :  
dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus  
scribæ velociter scribentis. Speciosus forma præ  
filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : pro-  
pterea benedixit te Deus in æternum. Accingere ghæ-  
dio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua  
et pulchritudine tua : intende, prospere, procede et  
regna. Propter veritatem et mansuetudinem et justi-  
tiam : et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte  
**D**tæ acute, populi sub te cadent in corda inimico-  
rum regis. Sedes tua Deus in sæculum sæculi : virga  
directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et  
odisti iniquitatem : propterea unxit te Deus, Deus  
tuus oleo letitiae præ consortibus tuis. Myrrha et  
gutta et casia a vestimentis tuis a domibus eburneis :  
ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore  
tuo. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato :  
circundata varietate. Audi filia et vide, et inclina  
aurem tuam : et obliuiscere populum tuum et do-  
mum patris tui. Et concupisces Rex decorem tuum,  
quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt  
eum. Et filii Tyri in muneribus : vultum tuum de-  
precabuntur omnes divites plebis. Omnis gloria filiæ  
regis ab intus, in simbriis aureis, circumamicta va-

rietatibus. Adducentur regi virgines post eam : proximae ejus afferentur tibi. Afferentur in letitia et exsultatione : adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : constitues eos principes super omnem terram. Memor ero nominis tui in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, et in saeculum saeculi.

*Oratio.* Christe Domine Verbum Patris, per quem cuncta creata sunt et creatur : custodi, quæsumus, Ecclesiam tuam varietate gentium congregatam, ut dum te ex ipsa credulitas justitia corde puro diligimus, principatum æterni saeculi cum Patribus merear. Per.

*Alio oratio.* Domine Deus noster, cuius sedes in saeculum saeculi manet : praesta, ut tibi, Rex noster, opera nostra pandamus, cui antequam fiant nota, et per te presentes potestates scimus. Per.

#### PSALMUS APOSTOLORUM.

(PSAL. XVIII.) Cœli enarrant gloriam Dei : et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Dies diei eruat verbum : et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquecke neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum : et in fines orbis terra verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum : et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exsultavit ut gigas ad currēdam viam : a summo cœlo egressio ejus. Et occursus ejus usque ad summum ejus, nec est, qui se abscondat a calore ejus. Lex Domini immaculata convertens animas : testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Justitiae Domini rectæ, letificantes corda : præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanet in saeculum saeculi : judicia Domini vera, justificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : et dulciora super mel et favum. Etenim servus tuus custodit ea : in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit ? ab occulitis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : et emundabor a delicto maximo. Et erunt, ut complacent eloquia oris mei, et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine, adjutor mens et redemptor meus.

*Ut supra.* Sanctis, qui sunt ; in omnem terram exivit sonus eorum. Constitues eos. Nimis honorati sunt amici tui Deus.

**109** *Oratio.* Domine, ante quem nullus absconditur, a cuius inquisitione quod latitat, non celatur ; ab occulis nostris munda nos, et ab alienis parce servis tuis, et præsta ut examinationis tuæ calore puritas a te concessa non aestuet.

#### PSALMUS MARTYRUM.

(PSAL. XXXII.) Exultate justi in Domino : rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cithara : in psalterie decem chordarum psallite illi. Cantate ei canticum novum : bene psallite ei in vociferatione.

**A** Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera ejus in fide. Diligit misericordiam et judicium : misericordia Domini plena est terra. Verbo Domini cœli firmati sunt : et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Congregans sicut in utre aquas maris : ponens in thesauris abyssos. Timeat Dominum omnis terra : ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt. Dominus dissipat consilia gentium : reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum. Consilium autem Domini in æternum manet : cogitationes cordis ejus in generatione et generationem. Beata gens, cuius est Dominus Deus ejus : populus quem elegit in hereditatem sibi. De cœlo respxit Dominus, vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respxit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum : qui intelligit omnia opera eorum. Non salvatur Rex per multam virtutem : et gigas non salvabitur in multitudo virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus. Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame. Anima nostra sustinet Dominum : quoniam adjutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum : et in nomine sancto ejus speravimus. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

**B** Omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respxit super omnes qui habitant terram. Qui finxit singillatim corda eorum : qui intelligit omnia opera eorum. Non salvatur Rex per multam virtutem : et gigas non salvabitur in multitudo virtutis suæ. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in eis qui sperant super misericordia ejus. Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame. Anima nostra sustinet Dominum : quoniam adjutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum : et in nomine sancto ejus speravimus. Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

*Ut supra.* Sanctis, qui sunt in terra ejus. Gloria et honore coronasti eos. Posuisti, Domine.

*Oratio.* Fiat misericordia tua, Domine, super nos, et animabus nostris patientiam ad omnia toleranda adjutorio tua protectionis insinua ; et qui singillatim corda hominum singulis, spe tua sanctifices, et quia oculi tui super eos sunt, qui te..... [Forte suppl. metunt], timoris tui da nobis plenitudinem, ut etiam aspectui conferas dignitatem.

#### PSALMUS ITEM MARTYRUM.

(PSAL. LXXXVIII.) Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum : posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli : carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem : et non erat, qui sepeliret. Facti sunnus opprobrium vicinis nostris, subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Usquequo, Domine, irasceris in finem : accendetur velut ignis zelus tuus ? Effunde iram tuam in gentes, quæ te non moverunt : et in regna quæ nomen tuum non invocaverunt. Quia comedenter Jacob, et locum ejus desolaverunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : cito anticipent nos misericordiae tue, quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos, Deus salutaris noster : et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne forte dicant in gentibus :

ubi est Deus eorum? et innotescant in nationibus coram oculis nostris. Ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est, introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi, Domine. Nos autem populus tuus et oves pascuae tuæ confitebimus tibi in sæculum. In generatione et generationem annuntiabimus laudem tuam.

**110 Ut supra.** Oculi Domini super justos. Pre-tiosa in conspectu Domini. Justorum animæ.

**Oratio.** Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, Domine, neque nos originalis culpa contristet, quos secunda nativitas in Christo regenerat. Apprehendat nos itaque misericordia tua, Domine, quia Creator hominis in homine nascitur, et homo in Deo glorificando [Forte, glorificandus] assumitur.

#### PSALMUS CONFESSORUM.

(**Psal. cxxiii.**) Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat tunc Israel: nisi quia Dominus erat in nobis. Cum exsurerent homines in nos, forte vivos degluttissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbusset nos. Torrentem pertransiit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erecta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine Domini: qui fecit cœlum et terram.

**Ut supra.** Inimici defecerunt framea [*Vulgata*, frameæ] in finem. Destruxisti omnes sepes ejus. Laudem Domini loquetur os meum.

**Oratio.** Converte, Domine, laqueos, quos nobis hi, qui animas nostras venari conantur, opponunt; et adversantium atque captivantum nos insidias adjutorii tui opitulatione conturba, quia nisi tu in nobis fueris, tam nos potest contraria virtus deglutiire, quam absorbere. Esto servorum tuorum et custos et prævius, ut spiritualium nequitiarum muscipulas non incurrat; ut volatus, quibus ad te venire nituntur, tota alacritate exerceant.

**Laudate Dominum de cœlis. Require retro in Feria prima.**

#### LITANIE UT SUPRA.

Justi in perpetuo vivent. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Exsultabunt sancti in gloria. Exsultent in conspectu Dei; apud te est, Domine, fons vitæ. Mirabilis Deus in sanctis suis. In conspectu angelorum psallam tibi. Exaudi, Domine, vocem meam, quia clamavi.

#### ORATIO SANCTI GREGORII.

Dominator Domine Deus omnipotens, qui es Trinitas una, Pater in Filio, Filius in Patre, cum Spiritu sancto: qui es semper in omnibus, et eras ante omnia, et eris super omnia Deus benedictus in se-

A cula. Commando animam meam in manus potentiae tute, ut custodias eam diebus ac noctibus, horis atque momentis. Misericordia dei, Deus angelorum. Dirige me Rex archangelorum. Custodi me per orationes patriarcharum, per merita prophetarum, per suffragia apostolorum, per victorias martyrum, per fidem confessorum, per intercessionem omnium sanctorum, qui tibi placuerunt ab origine mundi usque ad consummationem sæculi. Oret pro me sanctus Abel, qui primus coronatus est martyrio. Oret pro me sanctus Seth, qui primus coepit invocare nomen Domini. Oret pro me sanctus Enoch, qui ambulavit cum Deo, et translatus est de mundo. Oret pro me sanctus Noe, quem Deus servavit in diluvio propter justitiam. Oret pro me Melchisdech rex justus, qui obviauit Abraham, et benedixit ei. Roget pro me fidelis Abraham, qui primus credidit, cui reputata est fides ad justitiam. Intercedat pro me justus Isaac, qui fuit obediens patri usque ad mortem, in exemplum Domini nostri Jesu Christi, qui oblatus est Deo Patri pro salute mundi. Postulet pro me felix Jacob, qui vidit angelos Dei et Domini venientes in auxilium sibi. Oret pro me beatus Joseph, qui solvit somnia regis, et interpretatus est, et liberatus est de carcere. Oret pro me sanctus Job, magnus et patiens, qui nihil peccavit in labiis suis, in omnibus que acciderunt illi. Oret pro me beatus Moyses, cum quo locutus est Deus facie ad faciem. Oret pro me Ihesus filius Nun, quem elegisti, Domine, post Moysen famulum tuum. Oret pro me sanctus Samuel propheta, qui benedixit et unxit duos reges super Israel. Subveniat mihi sanctus David, quem elegisti secundum cor tuum, Domine. Deprecetur pro me sanctus Elias **¶** propheta, quem elevasti in curru igneo usque ad cœlum. Oret pro me beatus Isaias, cuius mundata sunt labia igne cœlesti. Adsit mihi beatus Jeremias, quem sanctificasti in utero matris suæ. Oret pro me sanctus Ezechiel propheta, qui vidit visiones mirabiles Dei, et prophetavit resurrectionem mortuorum. Deprecetur pro me electus Daniel, desiderabilis Dei, qui solvit somnia regis, et interpretatus est, et liberatus est de lacu leonum: et tres pueri Ananias, Azarias, Misahel, liberati ab igne. Duodecim prophetæ, Osee, Amos, Michaëas, Johel, Abdias, Habacuc, Jonas, Naum, Sophonias, Agæus, Zacharias, Malachias: Esras, Tobias, et Machabæi. Hos, et omnes sanctos Veteris Testamenti invoco in auxilium meum. Oret pro me sancta virgo Maria mater Salvatoris, et sanctus Joannes Baptista præcursor Domini, et omnes sancti apostoli Domini nostri Jesu Christi, Petrus et Paulus, Andreas et Joannes, tres Jacobi, Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus, Tathæus Simon, Barnabas et Mathias, Marcus, Lucas, Stephanus. Per horum ergo et ceterorum omnium sanctorum Novi Testamenti merita depelle a me, Domine, concupiscentiam gulae, et da mihi virtutem abstinentiae: fuga a me spiritum fornicationis, et da mihi ardorem castitatis: extingue in me cupiditatem, et da mihi voluntatem.

tariam paupertatem. Cobibe a me iracundiam meam, et accende in me nimiam suavitatem et charitatem Dei et proximi. Abscinde a me, Domine, tristitiam seculi, auge mihi gaudium spiritale, expelle a me jactantiam mentis, timorem tuum et amorem, compunctionem cordis, minue superbiam meam, et perfice in me humilitatem veram. Indignus ego sum et infelix homo: quis me liberabit de corpore mortis hujus, peccati, nisi gratia tua, Domine Iesu Christe; quia ego peccator sum et innumerabilia delicta mea, et non sum dignus vocari servus tuus? Suscita in me fletum, mollifica cor meum durum et lapideum, et accende in me ignem timoris tui, quia sum cinis mortuus. Libera animam meam ab insidiis inimici, et conserva me in tua voluntate. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Tibi honor et gloria per omnia saecula saeculorum. Amen.

## LITANIA

BEATORUM APOSTOLORUM, MARTYRUM QUOQUE,  
CONFESSORUM ATQUE VIRGINUM.

*Ex libro a quem beatus Hieronymus de sanctorum per anni circulum Natalitiis conscripsit, collecta.*

## b PRIMA FERIA.

Miserere nobis misericordia, misericors Trinitas sancta, et dimitte universa delicta nostra, quae commisimus coram angelis tuis in conspectu tuo, per merita, et orationes, et intercessiones, et invocationes omnium sanctorum tuorum, quorum festivitas celebratur N. et quorum nomina nunc recitamus. Libera nos, clemens Trinitas, cum omnibus fratribus et sororibus nostris [Lib. Caroli Calvi addit.]: una cum conjugi nostra Yrmindrudi ac liberis nostris et omni populo christiano] ab omni malo praeterito, praesenti et futuro: de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de inferno ad paradisum, de malo ad bonum: de ignorantia ad scientiam, de peccatis ad veram penitentiam, de omnibus vitiis ad perfectas virtutes: de cunctis insidiis inimici ad medicinam celestem et divinam protectionem: per invocationem trini nominis tui, Patris, et Filii, et Spiritus sancti; quia qui fideliter et humiliter nomen tuum invocaverit, salvis erit<sup>c</sup>. Humiliter ergo et fideliter te postulamus, ut deleas et obliviares cuncta scelerata nostra per suffragia et merita sanctorum tuorum: quorum meritis precibusque 112 concede, ut in omnibus protectionis tua muniamur auxilio, atque ab aeterna damnatione nos facias eripi, et in eorum numero jubeas aggregari. Fac nos, captivitatis nostrae redemptor, bene rogare, dignos exaudiiri, et cum misericordia exaudi nos.

<sup>a</sup> Ex libro, etc. Martyrologium abs dubio intelligit, quod S. Hieronymo suppositum esse eruditus censent; quanquam non desint scriptores, iisque viri graves et optimae notae, qui S. Hieronymum conscripsisse Martyrologium, aut interpretem fuisse Eusebii, sicut faciant. Lege admonitionem ad hoc

A Omnes sancti Spiritus, orate pro nobis.  
 Angelii,  
 Archangeli,  
 Virtutes,  
 Potestates,  
 Principes,  
 Dominationes,  
 Throni,  
 Cherubim,  
 Seraphim,  
 Patriarchæ,  
 Prophetæ,  
 Apostoli,  
 Martyres,  
 Confessores,  
 Episcopi,  
 Presbyteri,  
 Diaconi,  
 Et omnes sancti,  
 Et Ecclesiastici,  
 Et anachoretæ,  
 Et monachi,  
 Et sanctæ virgines,  
 Sanctæ viduae,  
 Et sancti sapientes,  
 Et omnes sancti, qui nos  
 præcesserunt ab Adam  
 usque in hodiernum  
 diem, orent pro nobis.  
 Michael,  
 Gabriel,  
 Raphael, orate pro nobis.  
 Patriarchæ,  
 Abel,  
 Seth,  
 Enoch,  
 Noe,  
 C Melchisedech,  
 Abraham,  
 Isaac,  
 Jacob,  
 Joseph,  
 Job,  
 Moyses,  
 Jesus,  
 Samuelli,  
 David,  
 Prophetæ,  
 Helia,  
 Heliseus,  
 Esaias,  
 Ieremias,  
 Ezechiel,  
 Daniel,  
 Hesdras,  
 Osee,  
 Johel,  
 Amos,  
 Abdias,  
 Jonas,  
 Micheas,  
 Naum,  
 Abacuc,  
 Sophonias,  
 Aggeus,  
 Zacharias,  
 Malachias,  
 Tobias,  
 Ananias,  
 Azarias,  
 Mizahel,  
 Johannes Baptista, orate  
 pro nobis.  
 Sancta Maria,  
 Sancte Petre,  
 Sancte Paule,  
 Sancte Andreas,  
 Sancte Jacobe,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Thomas,  
 Sancte Matthæe,  
 Sancte Philippe,  
 Sancte Bartholomæe.  
 Sancte Tathree,  
 Sancte Simon,  
 Sancte Jacobe,  
 Sancte Mathias,  
 Sancte Barnabas,  
 Sancte Lucas,  
 Sancte Marce, orate pro  
 nobis.  
 Sancte Stephane,  
 Sancte Line,  
 Sancte Clete,  
 Sancte Clemens,  
 Sancte Xiste,  
 Sancte Silvester,  
 Sancte Cornelii,  
 Sancte Cypriane,  
 Sancte Hermes,  
 Sancte Hippolyte,  
 Sancte Sebastiane,  
 Sancte Tranquiline,  
 Sancte Marcelle,  
 Sancte Marce,  
 Sancte Chromaci,  
 Sancte Tiburti,  
 Sancte Valeriane,  
 Sancte Neree,  
 Sancte Achilee,  
 Sancte Panchrati,  
 Sancte Valentine,  
 Sancte Polycarpe,  
 Sancte Ignati,  
 Sancte Apollinaris,  
 Sancte Babillas,  
 Sancte Grisogone,  
 Sancte Gervasi,  
 Sancte Prothasi,  
 Sancte Montane,  
 Sancte Celse,  
 Sancte Joannes,  
 Sancte Paule,  
 Sancte Cosmas,  
 Sancte Damiane,  
 Sancte Anastasi,  
 Sancte Flaviane,  
 Sancte Georgi,  
 Sancte Cirici,  
 Sancte Felix,  
 Sancte Adriane,  
 Sancte Symphoriane,  
 Sancte Julianæ,  
 Sancte Valeri,  
 Sancte Dionysi,  
 Sancte Rustice,  
 Sancte Eleutheri,  
 Sancte Vincenti,

Martyrologium, tom. XI Oper. S. Hier. Edit. Veron. pag. 471.

<sup>b</sup> Exstat cum variationibus in libello precursorio Caroli Calvi, pag 94.

<sup>c</sup> Hucusque in libello Caroli Calvi: sequentia differunt.

Sancte Candide,  
Sancte Maurici,  
Sancte Exsuperi,  
Sancte Genesi,  
Sancte Crispine,  
Sancte Luciane,  
Sancte Venanti,  
Sancte Theodare,  
Sancte Gereon,  
Sancte Ferruci,  
Sancte Pastor,  
Sancte Victor,  
Sancte Alexander,  
Sancte Gordiane,  
Sancte Marcelline,  
Sancte Beatrixis,  
**113** Sancte Simplici,  
Sancte Saturnine,  
Sancte Albine,  
Sancte Marcelle,  
Sancte Martialis,  
Sancte Firmine,  
Sancte Cassiane,  
Sancte Crispine,  
Sancte Crispiniane,  
Sancte Pantaleon,  
Sancte Galle,

## SECUNDA FERIA.

Sancte Cesari,  
Sancte Faviane,  
Sancte Juvenalis,  
Sancte Niceti,  
Sancte Felicule,  
Sancte Lantberte,  
Sancte Bonefaci,  
Sancte Prote,  
Sancte Jacinte,  
Sancte Ammoni,  
Sancte Juliane,  
Sancte Celse,  
Sancte Antoni,  
Sancte Bassiane,  
Sancte Romane,  
Sancte Cirione,  
Sancte Agatore,  
Sancte Ammone,  
Sancte Petre,  
Sancte Rogate,  
Sancte Rogatiiane,  
Sancte Viane,  
Sancte Fortunate,  
Sancte Petre,  
Sancte Paule,  
Sancte Urbane,  
Sancte Donate,  
Sancte Felix,  
Sancte Valentone,  
Sancte Januari,  
Sancte Luce,  
Sancte Hiriane,  
Sancte Ganduliane,  
Sancte Modiane,  
Sancte Juste,  
Sancte Quintine,  
Sancte Dionysi,  
Sancte Saturnine,  
Sancte Martialis,  
Sancte Cature,  
Sancte Victoriiane,  
Sancte Evasse,  
Sancte Terb.,  
Sancte Fussee,  
Sancte Marcelline,  
Sancte Orate,  
Sancte Tanate,  
Sancte Honorate,

Sancte Innocenti,  
Sancte Ciliane,  
Sancte Columbane,  
Sancte Romane,  
Sancte Vitalis,  
Sancte Eventi,  
Sancte Urbane,  
Sancte Processi,  
Sancte Abdo,  
Sancte Cyriace,  
Sancte Nicomedis,  
Sancte Nicostrate,  
Sancte Theodore,  
Sancte Marcelle,  
Sancte Quintine,  
Sancte Prise,  
Sancte Benigne,  
Sancte Maximine,  
Sancte Christophore,  
Sancte Albane,  
Sancte Juste,  
Sancte Januari,  
Sancte Martine,  
Sancte Faustine,  
Sancte Senes,  
Sancte Agapite.

**A** Sancte Fructuose,  
Sancte Eucine,  
Sancte Eppepoli,  
Sancte Victorine,  
Sancte Victor,  
Sancte Peregrine,  
Sancte Severiane,  
Sancte Sanctule,  
Sancte Emerite,  
Sancte Justine,  
Sancte Apolinaris,  
Sancte Crissoni,  
Sancte Polychroni,  
Sancte Helene,  
Sancte Parinenc,  
Sancte Theodole,  
Sancte Eventi,  
Sancte Felicissime,  
Sancte Hermes,  
**B** Sancte Gallicane,  
Sancti xl milites,  
Sancte Argee,  
Sancte Martialis,  
Sancte Martiane,  
Sancte Theodole,  
Sancte Quintine,  
Sancte Aquilene,  
**114** Sancte Candide,  
Sancte Secundine,  
Sancte Luciane,  
Sancte Jucunde,  
Sancte Caliste,  
Sancte Revocate,  
Sancte Absalme,  
Sancte Repense,  
Sancte Eudbrichthe,  
Sancte Muscenti,  
Sancte Christifere,  
Sancte Senonis,  
**C** Sancte Muccie,  
Sancte Sabiane,  
Sancte Fructuose,  
Sancte Eulogi,  
Sancte Minuce,  
Sancte Severiane,  
Sancte Castule,  
Sancte Rodonis,  
Sancte Putiolis,  
Sancte Arthemate,  
Sancte Julianc,

## TERTIA FERIA.

Sancte Popule,  
Sancte Serapion,  
Sancte Leo,  
Sancte Donate,  
Sancte Floriare,  
Sancte Caste,  
**D** Sancte Vocator,  
Sancte Rustice,  
Sancte Firmine,  
Sancte Mirdane,  
Sancte Mecedone,  
Sancte Palatine,  
Sancte Innocens,  
Sancti Infantes omnes  
occisi pro Christo in  
toto mundo.  
Sancte Gorgone,  
Sancte Macidane,  
Sancte Palatine,  
Sancte Candide,  
Sancte Valere,  
Sancte Petre,  
Sancte Marciane,  
Sancte Paule,  
Sancte Siluc,

Sancte Messoriane,  
Sancte Celiane,  
Sancte Date,  
Sancte Commessoriane,  
Sancte Feliane,  
Sancte Constane,  
Sancte Tassice,  
Sancte Sotice,  
Sancte Dionysse,  
Sancte Marine,  
Sancte Syphoriane,  
Sancte Celaris,  
Sancte Gelasse,  
Sancte Sulpici,  
Sancte Soterice,  
Sancte Amane,  
Sancte Silvane,  
Sancte Poene,  
Sancte Ebbraxe,  
Sancte Bassili,  
Sancte Castarte,  
Sancte Desideri,  
Sancte Damiane,  
Sancte Modeste,  
Sancte Cyriace,  
Sancte Faustiniane,  
Sancte Crissantis,  
Sancte Secundiane,  
Sancte Ritule,  
Sancte Classice,  
Sancte Pupule,  
Sancte Marcelle,  
Sancte Gae,  
Sancte Potamine,  
Sancte Nemisse,  
Sancte Viruli,  
Sancte Felix,  
Sancte Jucunde,  
Sancte Servule,  
Sancte Sirice,  
Sancte Floriane,  
Sancte Paule,  
Sancte Primitive,  
Sancte Carfore,  
Sancte Herenee,  
Sancte Cerere,  
Sancte Nestoris,  
Sancte Thetolis,  
Sancte Anteginis.

Sancte Successe,  
 Sancte Dorothee,  
 Sancte Domine,  
 Sancte Amisse,  
 Sancte Quintiane,  
 Sancte Victor,  
 Sancte Procula,  
 Sancte Miltiades,  
 Sancte Euagre,  
 Sancte Benigne,  
 Sancte Agathe,  
 Sancte Meri,  
 Sancte Creste,  
 Sancte Thetole,  
 Sancte Agatho,  
 Sancte Phi,  
 Sancte Mature,  
 Sancte Claudiane,  
 Sancte Plante,  
 Sancte Marciane,  
 Sancte Nicandre,  
 Sancte Herenée,  
 Sancte Seleuse,  
 Sancte Cyriaces,  
 Sancte Apolone,  
 Sancte Repense,  
 Sancte Gaiane,  
 Sancte Osumalde,  
 Omnes sancti Martyres,  
     orate pro nobis.  
 Sancte Hilari,  
 Sancte Martine,  
 Sancte Sylvester,  
 Sancte Remei,  
 Sancte Eusebi,  
 Sancte Germane,  
 Sancte Ambrosi,  
**115** Sancte Hieronyme,  
 Sancte Augustine,  
 Sancte Gregori,  
 Sancte Isidore,  
 Sancte Severine,  
 Sancte Pauline,  
 Sancte Avite,  
 Sancte Servasi,  
 Sancte Medarde,  
 Sancte Vedaste,  
 Sancte Amande,  
 Sancte Audomare,  
 Sancte Richari,  
 Sancte Bertine,  
 Sancte Arnulf,  
 Sancte Leudegari,  
 Sancte Bano,  
 Sancte Goar,  
 Sancte Gaurici,  
 Sancte Valeriane,  
 Sancte Theodore,  
 Sancte Aidate,  
 Sancte Tiburti,  
 Sancte Anniane,  
 Sancte Calliste,  
 Sancte Candide,  
 Sancte Rumolde,  
 Sancte Piat,  
 Sancte Suplici,  
 Sancte Brici,  
 Sancte Flodolde,  
 Sancte Marcella,  
 Sancte Cubrethe,  
 Sancte Egbreth,  
 Sancte Benedicte,  
 Sancte Patrici,

Omnes sancti Confesso-  
 res.  
 Sancte Paule,  
 Sancte Antoni,  
 Sancte Hilarion,  
 Sancte Machari,  
 Sancte Pocomi,  
 Sancte Nestorion,  
 Sancte Amate,  
 Sancte Joseph,  
 Sancte Zacharias,  
 Sancte Pastor,  
 Sancte Pambo,  
 Sancte Sosas,  
 Sancte Chame,  
 Sancte Arseni,  
 Sancte Methoen,  
 Sancte Euagri,  
 Sancte Moyses,  
 Sancte Nile,  
 Sancte Abraham,  
 Sancte Anastasi,  
 Sancte Felix,  
 Sancte Epiphani,  
 Sancte Isidore,  
 Sancte Speriti,  
 Sancte Theodore,  
 Sancte Serapion,  
 Sancte Sperici,  
 Sancte Daniel,  
 Sancte Mathois,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Passion,  
 Sancte Petre,  
 Sancte Loth,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Theophile,  
 Sancte Helias,  
 Sancte Bisarion,  
 Sancte Pior,  
 Sancte Marce,  
 Sancte Agaihen,  
 Sancte Sarion,  
 Sancte Jacob,  
 Sancte Ammai,  
 Sancte Zelon,  
 Sancte Theodote,  
 Sancte Silvane,  
 Sancte Zacharias,  
 Sancte Apollo,  
 Sancte Milido,  
 Sancte Euolog,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Zenon,  
 Sancte Nisteron,  
 Sancte Ammonas,  
 Sancte Natira,  
 Sancte Luci,  
 Sancte Mistero,  
 Sancte Anubab,  
 Sancte Passis,  
 Sancte Effrem,  
 Sancte Pesteris,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Or,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Beree,  
 Sancte Theon,  
 Sancte Apollon,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Cepres,  
 Sancte Pater,  
 Sancte Mot,

**A** Sancte Sire,  
 Sancte Esaias,  
 Sancte Paule,  
 Sancte Hilarion,  
 Sancte Machari,  
 Sancte Pocomi,  
 Sancte Nestorion,  
 Sancte Amate,  
 Sancte Joseph,  
 Sancte Zacharias,  
 Sancte Pastor,  
 Sancte Pambo,  
 Sancte Sosas,  
 Sancte Chame,  
 Sancte Arseni,  
 Sancte Methoen,  
 Sancte Euagri,  
 Sancte Moyses,  
 Sancte Nile,  
 Sancte Abraham,  
 Sancte Anastasi,  
 Sancte Felix,  
 Sancte Epiphani,  
 Sancte Isidore,  
 Sancte Speriti,  
 Sancte Theodore,  
 Sancte Serapion,  
 Sancte Sperici,  
 Sancte Daniel,  
 Sancte Mathois,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Passion,  
 Sancte Petre,  
 Sancte Loth,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Theophile,  
 Sancte Helias,  
 Sancte Bisarion,  
 Sancte Pior,  
 Sancte Marce,  
 Sancte Agaihen,  
 Sancte Sarion,  
 Sancte Jacob,  
 Sancte Ammai,  
 Sancte Zelon,  
 Sancte Theodote,  
 Sancte Silvane,  
 Sancte Zacharias,  
 Sancte Apollo,  
 Sancte Milido,  
 Sancte Euolog,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Zenon,  
 Sancte Nisteron,  
 Sancte Ammonas,  
 Sancte Natira,  
 Sancte Luci,  
 Sancte Mistero,  
 Sancte Anubab,  
 Sancte Passis,  
 Sancte Effrem,  
 Sancte Pesteris,  
 Sancte Johannes,  
 Sancte Or,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Beree,  
 Sancte Theon,  
 Sancte Apollon,  
 Sancte Ammon,  
 Sancte Cepres,  
 Sancte Pater,  
 Sancte Mot,

## QUARTA FERIA.

Sancte Helene,  
 Omnes sancti Monacho-  
     rum Ordines.

Sancta Palladia,  
 Sancta Ciriaca,  
 Sancta Concordia,  
 Sancta Triphonia,  
 Sancta Anna,  
**116** Sancta Babilla,  
 Sancta Lustra,  
 Sancta Justina,  
 Sancta Ambicula,  
 Sancta Felicissima,  
 Sancta Justa,  
 Sancta Flavia,  
 Sancta Marciosa,  
 Sancta Valeria,  
 Sancta Megitia,  
 Sancta Basilia,  
 Sancta Italica,  
 Sancta Elogia,  
 Sancta Sabathia,  
 Sancta Helia,  
 Sancta Philagia,  
 Sancta Trophima,  
 Sancta Papia,  
 Sancta Donata,  
 Sancta Daracilia,  
 Sancta Julia,  
 Sancta Augusta,  
 Sancta Maxima,  
 Sancta Donatilla,  
 Sancta Fulgenia,  
 Sancta Cirilla,  
 Sancta Lucina,  
 Sancta Theodora,  
 Sancta Chorona,  
**C** Sancta Leonilla,  
 Sancta Emerentiana,  
 Sancta Constantia,  
 Sancta Agappa,  
 Sancta Balbina,  
 Sancta Severentia,  
 Sancta Claudia,  
 Sancta Basilissa,  
     filii.

\*\*\* Videntur aliqua deesse.

## ORATIO

*Quam beati Patres post recitata sanctorum nomina in quotidianis orationibus cantare solebant a.*

Per sanctorum, angelorum, archangelorum, et  
 patriarcharum et prophetarum, et beatorum aposto-  
 lorum, et omnium sanctorum martyrum et confesso-  
 rum et beatarum virginum merita et orationes, et  
 intercessiones et passiones et suffragia, Trinitas cle-  
 mens, exaudi me, libera me, defende me, redime me,  
 protege me, adjuva me, et salva me, conserva me,  
 illustra me, visita me. Da mihi, Domine, cor contritum  
 et purum, quod te videat, et cogitet, et credit, et  
 pedes castos, qui praecoptis tuis obedienter mini-  
 strent, et manus continentis, sine ira et vanitate ad  
 te elevatas, quae utilitatem proximorum et miseri-  
 cordiam laborent. Largire, Domine Christe, labia di-  
 screta, quae te benedicant, et magnificant, et praedi-  
 cent, et cum timore, et tremore, et exultatione te

rum Operibus; fortassis vero ideo his nominibus  
 insignite sunt, quod haustæ sint ex illorum scri-  
 ptis.

\* Orationes quæ post hæc sub nominibus SS. Hilarii, Hieronymi, Gregorii papæ, Augustini, Columbani. Ephrem referuntur, non reperiuntur in illo-

semper adorent : et aures intentas, quæ nomen tuum, et legem tuam, et verba tua audiant : et oculos humiles, qui te videant, sensum, qui te sentiat, intellectum, qui te intelligat, et animum, qui te semper cogitet et diligat : et non veniat mihi pes superbæ, et munus peccatoris non moveat me. Non hebetet me gastrimargia, et non coinquinet me forniciatio. Non gubernet me vana gloria, non obducat me flarginia, non dilaniat me ira, non mortificet me tristitia. Non vacuet me acedia, non humiliet me cenodoxia, et non destruat me superbia. Sed largire mihi, clemens Trinitas, abstinentiam et castitatem, voluntariam paupertatem et mansuetudinem : largitatem, pietatem, et quietem : misericordiam, lenitatem, indulgentiam, humilitatem, benignitatem, hilaritatem, patientiam, modestiam, sinceritatem, sapientiam, concordiam, pacem et charitatem. Miserere mihi, Domine, miserere mihi. De præteritis veniam, de præsentibus emendationem, de futuris largire custodiam. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

## HYMNUM DOMINICALE.

Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Te æternum Patrem omnis terra veneratur. Tibi omnes angeli, tibi coeli et universæ potestates. Tibi ehecum et seraphim incessabili voce proclamat : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra majestatis gloriæ tuæ. Te gloriosus apostolorum chorus. Te prophetarum laudabilis numerus. Te martyrum candidatus laudat exercitus. Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia. Patrem immensæ majestatis. Venerandum tuum verum unicum Filium. Sanctum quoque paracletum Spiritum. Tu Rex gloriæ Christus. Tu Patris sempiternus es Filius. Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti Virginis uterum. Tu devicto mortis aculeo aperuisti creditibus regna cœlorum. Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris. Judex erederis **117** esse venturus. Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti. Æterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuæ. Et rege eos et extolle illos usque in æternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi. Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodi. Miserere nostri, Domine, miserere nostri. Fiat misericordia tua, Domine, super nos : quemadmodum speravimus in te. In te, Domine, speravi : non confundar in æternum.

## ORATIO.

Deus rerum omnium Conditor atque Creator, qui unus in Trinitate, et trinus in unitate cognosceris, cuius magnitudinem desciens est lingua humana narrare; quem sine cessatione proclamat angelii : sanctus. Ideo nos minimi famuli tui ore quidem indigno non tres sanctos, sed ter sanctus, præconio vocis attollimus, ut consona modulamina proclamat

\* Uncia inclusa desunt in Hilario.

A terra petita laudatio : ob hoc pietatem tuam, Domine clementissime Pater, exoratus, optata tribuas, commissa indulgeas, ut detersa a nobis peccamina, pura et libera conscientia, tua mereamur opulentia gratulari. Per.

## FIDES APUD NICÆAM

*A trecentis decem et octo episcopis edita.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem, et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei de Patre natum unigenitum, hoc est, de substantia Patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero. Natum, non factum Omousion Patri, hoc est, ejusdem cum Patre substantiae, per quem omnia facta sunt in celo et in terra. Qui propter nos, et propter nostram salutem descendit et carnem assumpsit, et homo factus est. Passus est, et surrexit tertia die. Ascendit ad cœlos, sedet in dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, aliquando erat tempus, quando non erat, et priusquam nasceretur, non erat; et quia ex nullis subsistentibus factus est; aut ex alia substantia vel essentia, aut mutabilem dicunt esse, vel convertibilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica Ecclesia.

## ORATIO SANTI HILARI,

*Quam xii libris, quos de sancta conscripsit Trinitate, subjunxit.*

**C** Sancta Trinitas, conserva, oro, fidei meæ incontaminatam religionem, usque ad excessum spiritus mei. Dona mihi hanc conscientiæ meæ vocem, ut quod in regenerationis meæ symbolo, baptizatus in Patre et Filio et Spiritu sancto, professus sum, semper obtineam : Patrem scilicet te nostrum, Filium tuum una tecum adorem, et sanctum Spiritum tuum, qui ex te per unigenitum tuum est, promerear; quia mihi idoneus ad fidem testis est, dicens : *Pater, omnia mea tua sunt, et tua mea.* [Deus meus, omnia mea tua sunt, et tua mea.] Deus meus Jesus Christus manens in te, et ex te, et apud te semper Deus, qui est benedictus in sæcula seculorum. Amen.

## ORATIO SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI.

Deus justitiae, te deprecor, Deus misericordiae, Deus invisibilis, Deus incomprehensibilis, Deus inenarrabilis, æterne, perpetue, benedicte : Deus, cuius omnia, in quo omnia, sub quo omnia, per quem omnia sunt : parce animæ meæ, parce malis meis, parce peccatis meis atque criminibus : visita infirmum, cura ægrum, sana languenter. Da cor, quod te timeat, sensum, qui te intelligat, oculos cordis, qui te videant. Da mihi scintillam sapientiæ tuæ, quæ mihi iustificationum tuarum iter ostendat, et soveas inimici declinare me doceat. Miserere mei, quia peccavi, et propter duritiam cordis mei, in ipsa peccatorum meorum morte perduro : ego ore, ego corde, ego opere, ego om-

alibus vitiis inquinatus sum, omnibus sceleribus copertus sum. Veniam peto, quia crimen agnosco : scelera mea tibi fateor, quæ etsi non confiterer, tamen te latere non possunt. Tu enim scrutator cordis et renium es, tibi occulta manifestantur, et secreta patefiunt. Misericordia mea, Domine, ne me perire patiaris : ne me permittas æternis tenebris et perpetua morte consumi. Aufer a corde meo alienum sensum, cura in me stuporem mentis : extirpa a visceribus meis consilia iniquitatis, erade a lingua mea detrahendi consuetudinem, mentiendi facilitatem, loquendi scurrilitatem, et omnes actus meos arte et medicina tua sana. Circumcidie in me, Domine, vitia cordis et corporis. Misericordia mea, Deus, quia tu nosti facta mea. Si tu transgressiones meas judicio tuo persequi ac punire voluisses, olim me terra vivum absorbusset. Sed quia tanta est clementia majestatis tue, ut nullum perire patiaris; sed omnes exspectas ad poenitentiam reverti, qui das spatum poenitendi; da possibilitatem operanti, ut non sit hoc vanum indulgentia tua tempus, quod mihi largiri pro tua pietate dignaris. Misericordia mea, Deus, ne me despicias, neque avertas faciem tuam a me, quia non pro justitia mea peto misericordiam tuam, sed propter clementiam tuam respice ad me de sede majestatis tue, et tenebras cordis mei radio splendoris tui illumina. Protege me, Domine, scuto veritatis ac fidei, ut me diaboli jacula ignita non penetrant, et quidquid illud est, quod infelicitas mea a te petere aut non presumit, aut non intelligit, id tu pro tua virtute trahere, et hoc largire, quod animam meam salvet a morte; et exeunti mihi de hac clausura tenebrarum manum porrige, et lumen ostende. Misericordia mea, Domine, et rediætra confactum, sana corruptum, emenda vitiatum, et illud indulge, quod feci, et hoc, presta, ne iterum faciam. Misericordia et miserator Deus, qui et barbaros salvare vis, et ad veritatis agnitionem venire, ad te confugi fidelium Salvatorem. Misericordia mea, quia te plurimum exacerbavi, et inimicum gaudere feci, et ecce mortuus sum obediens ei. Tu, Domine, et impiis, et his qui sunt sine misericordia, miseris : miserere humilitati meæ : apud te enim impossibile nihil est, quoniam secus infernum dissipata est anima mea. Fac misericordiam, quia benignus es et misericors, signo tuo; qui et corpora, quæ non sunt, in die resurrectionis suscitaturus es. Exaudi me, Domine, quia defecit spiritus meus, et infelix anima mea. Tabefactum est etiam corpus meum, quod coinquinavi : etiam vivere non valeo pro eo, quod non credidi. Ignosc peccatum meum per poenitentiam, vivifica me contritum, et igne splendoris tui illumina, et accende cor meum : ut ego accipiens fiduciam misericordiæ et indulgentiæ tue, residuum tempus vite, quod mihi donaveris, mandata tua custodiam, et a timore tuo non recedam; sed devote serviam tibi amplius, quam modo. Parce ergo mihi, et vivifica me, omnipotens Deus, Domine Iesu Christe universitatis conditor, spes unica mundi. Praesta mihi pri-

A mum, ut te bene rogem, et ut me agam dignum, quod me exaudias. Auge in me, Domine, munera tua, ut anima mea diligat te et fiat expedita ab omni vizio concupiscentiæ. Rogo te, Pater, deprecor te. Fili, obsecro te, Spiritus sancte, ut evadam de mundi miseria, et dones mihi æterni regni perpetua gaudia. Revertere jam Deus meus, et ne obliviscaris mei usque in finem, non in perpetuum deseras, nec me cadere in potestate demonum permittas. Licet in offensa jaceam, tu tamen clemens, tu pius, tu patientis, tu multum misericors, nullum derelinquis, nullum spernis ad sanitatem venientem, sed ultra offerens misericordiarum clementias peccatores expectas, ut redeant. Quanti enim scelerati, et multis flagitiis involuti, per bonitatis tuae gratiam ad indulgentiam pervenerunt? Sicut multis non merentibus gratia veniam donasti : sic et mihi indigno indulgentiam largiri digneris propter tuam ineffabilem misericordiam, omnipotens Deus, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum. Amen.

## ORATIO SANCTI GREGORII.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui sedes in septimo throno : sub cuius pedibus omnia contremiscunt; misericordia mea, qui fecisti cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Misericordia mea, qui altitudinem cœli, et latitudinem terræ, et profundum abyssi metitus es : qui perpetua sapientia tua cœlos camerasti et stellis ornasti, et terram floribus depinxisti; quem mundus non capit, et requiescit in corde mundo. Fac, Domine, cor meum **119** immaculatum, qui diem a nocte separas, et mutas linguas ferarum, et das eis sapientiam : quem diversa volatilia garrula agnoscunt voce suavitatis, laudantes suum Creatorem. Gloriosus es tu, Domine, et gloria opera tua, qui fecisti, quæ non erant. Justus es, Domine, et justum judicium tuum : magna et mira sunt opera tua. Benedictus es super omnes benedictiones. Trinitas Deus inseparabilis, qui es unus et non solus : una divinitas, tria majestas, coequalis gloria, Alpha et Omega, initium et finis. Deus noster Rex ante secula, qui operatus es salutem in medio terræ. Deus qui seculum senectute concludis, et tamen ipse cum seculo non senescis. **D** Ad te expando manus meas in similitudinem crucis : ad te humilior, ad te resurgam. Erigat me dextera tua, Jesu Christe, qui manes in Patre, et Pater in te in sempiternum. Credimus, Domine, adventum tuum et resurrectionem tuam. Tu nostri dominaris. Domine, antequam discutias me, miserere mei ; sana peccatorum meorum vulnera, quia peccavi in te. Ab occultis meis munda me, Domine. Illumina cor et sensum meum lumine serenitatis tuae. Te ante omnia sensus meus sapiat. Da mihi intellectum, ut sciām testimonia tua, et custodiam ea in corde meo. Da mihi gratiam tuam, quia non est, qui convalescat... Pater orphanorum, venerator viduarum, induitor egentium, confessor poenitentiū; praesta mihi veniam, quem plasasti de limo; et cogitationes, quæ

**f**idem non frangant. Doce me facere voluntatem tuam. Quaecunque præcipis, ipse adjuva, ut implere possimi, ut non peccem tibi amplius; sed da mihi desiderium ad omne opus bonum. Domine, in tua justitia libera me de peccatis meis, ab omni malo, ab omni periculo, ab omni hæresi, ab omnibus iniquis desideriis: et constitue me in omni opere bono, et visita dolores meos, et sana, quæ tibi apta non sunt; et quod in me obscurum est, nomen luminis accipiat. Ante te, Domine, omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Da mihi, Domine, fortitudinem adversus insidias diaboli, et instiganti obsistere satanæ. Da mihi arma virtutis, et loricam fortitudinis tuæ. Nulla mihi nimia oblectatio subripiat, nullus antique putredinis sue me fœtor corrumpat. Auser a me lubricos et inutiles cogitatus, suggestionesque furtivas. Deus, qui plus potes dare, quam nos petamus aut intelligamus, moveat vox mea misericordiam tuam, qui es unus in Trinitate, et trinus in unitate. Ne perdas me cum peccatis meis; quia non venisti justos salvare, sed peccatores ad pœnitentiam revocare: qui es amator pœnitentiae, miserere mei.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, fortitudo mea, firmamentum meum, liberator et protector magnus et patiens, refugium et virtus, adjutor et liberator, lux lucis, fons luminis, sol justitiae, stella diei, qui inhabitas sæculum, cuius alta et superna terra, cuius thronus inæstimabilis, et gloria incomprehensibilis, cui assistunt militiæ cum pavore, cuius vultus excitat abyssos, et tabescere facit montes: exaudi orationem servi tui, Deus meus, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui est splendor veræ lucis, janua vita, via salutis, lucerna ardens, cibus cœlestis, panis vivus, potus ex fonte perenni, Verbum in principio apud Deum cum Spiritu sancto, qui a Patre procedens circumvit girum cœli. Quid ergo Deus meus, quid rogo, nisi Dominus Deus? Summe, optime, potentissime, et misericordissime, et justissime et sacratissime et presentissime, et pulcherrime, stabilis et incomprehensibilis, immortalis; mutans omnia, nunquam novus, nunquam vetus; innovans omnia sine vetustate, perdens superbos et nesciunt, semper agens, semper quietus, colligens et non egens, portans et implens, et protegens, creans, et nutriendis, et perficiens; querens, cum nihil tibi desit. Amas nec æstuas; zelas et securus es: pœnitet te, et non doles: irasperis et tranquillus es: opera mutas, nec mutas consilium: recipis quod invenis, et nunquam amissisti: nunquam inops, et gaudes lucris: nunquam avarus, et usuras exigis: supererogas ut debeas, nec quis habet quidquam non tuum. Reddis perdita debita, nihil perdens: sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, sine indigentia Creator, sine situ **120** omnia tenens, sine loco ubique totus, sine tempore sempiternus, sine ulla mutatione mutabilia faciens, nihilque patiens. Exaudi, exaudi me, Domine. Tu es enim Deus meus vivus et verus, Pater meus

**A** sanctus, Dominus meus pius, rex meus magnus, iudex meus justus, magister meus unus, adjutor meus opportunus, medicus meus potentissimus, dilectus meus pulcherius, panis meus vivus, sacerdos meus in æternum. Deus meus ad patriam lux mea vera. Dulcedo mea sancta, via mea recta, sapientia mea præclara, simplicitas mea pura, concordia mea pacifica, custodia mea tuta, portio mea bona, salus mea sempiterna, misericordia mea magna, patientia mea robustissima, victima mea immaculata, redemptio mea facta, spes mea futura, charitas mea perfecta, resurrectio mea sancta, vita mea æterna. Te deprecor, supplico et rogo, ut per te ambulem, ad te perveniam, in te requiescam. Exaudi, exaudi, exaudi me, Christe, qui cum Patre et **B** Spiritu sancto vivis et regnas.

#### ORATIO SANCTI GREGORII PAPÆ.

Peccavi, Domine, coram te, peccavi et coram angelis tuis. Fac mecum servulo tuo secundum misericordiam tuam. Tibi, Domine, misericordia, tibi, Domine, justitia. Sana me, Domine, et sanabor: salva me, et salvabor, quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie. Intercede pro me, sancta Maria mater Domini nostri Iesu Christi. Beatissima et gloriosa genitrix, adjuva me. Intercede pro me, sancte Petre, apostolorum princeps, et solve me a vinculis peccatorum meorum. Intercede pro me peccatore, sancte Paule, apostole Christi, vas electionis. Intercede pro me indigno et reo atque torpente, sancte Andreas. Intercede pro malis meis, sancte Jacobae. Intercede pro malefactis meis, sancte Joannes dilecte Dei. Intercede pro peccatis meis, sancte Philippe. Intercede pro peccatis meis, sancte Bartholomæe. Intercede pro infirmitatibus meis, sancte Thoma. Intercede pro delictis meis, sancte Matthæe. Intercede pro iniuritatibus meis, sancte Jacobae. Intercede pro sceleribus meis, sancte Tathæe. Intercede pro transgressionibus meis, sancte Simon. Intercede pro vanitatibus meis, sancte Mathias. Obscro vos, apostoli Christi, per commemorationem vestram, ut mihi servulo vestro misereamini, et me in omni adjutorio adjuvetis. Obscro vos, novem ordines angelorum, angelos, archangelos, virtutes, protestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim et seraphim, ut intercedatis pro me, ut sit mihi propitius Christus Filius Dei vivi. Obscro divitias bonitatis et longanimitatis et patientiae tuæ, Iesu Christe Fili Dei Salvator noster: miserere mei, et propitius esto mihi peccatori; quia non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat; nec extinguis linum fumigans, et arundinem quassalam non confringis. Fac me sicut unum de mercenariis tuis, et efficiar a te de servo amicus: et fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.

#### ORATIO SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI.

Domine Iesu Christe, qui me dignatus fuisti creare ad imaginem tuam, et redimere de tuo pretioso san-

guine : qui intra matris viscera, mea membra compaginasti, et ad istius vitæ lucem perduxisti. Precor dulcissimam pietatem tuam, ut me tuo cœlesti lumine illuminare digneris, et vias paradisi mihi ostendas, et ad portum salutis æternæ perducas. Domine misericordissime, dignare in me accendere ignem amoris tui, qui peccata mea consumat, et ad tuum desiderium semper accendat; et habitet Spiritus sanctus in corde meo, qui me doceat facere voluntates tuas. Domine piissime Pater, mollifca cor meum durum et lapideum. Largire mihi compunctionem cordis, ut de reatu peccatorum meorum profusas lacrymas ante clementiam tuam fundam. Concede mihi, Domine, lacrymas Mariæ, quæ pedes tuos unguento unxit, lacrymis rigavit, et crine tersit. Concede mihi flumen latronis, qui in cruce positus te confessus est, dicens: *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum* (*Luc. xxiii, 42*) ; et audire meruit: *Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradyso* (*Ibid., v. 43*). Præsta mihi, omnipotens Deus, ut in illa die qua iusseras animam meam a corpore separari, **121** piam sententiam merear audire, et angeli sancti perducant animam meam ad gaudia justorum. Angeli vero iniqui tristes abscedant a me. Dirigatur ad te, Domine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Exaudi, Domine, vocem meam, qua clamavi ad te, miserere mei et exaudi me. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

#### ITEM EJUSDEM.

Da mihi, Domine, compunctionem cordis, et lacrymas oculis meis; ut defleam diebus ac noctibus omnes dies negligentiarum mearum cum humilitate et puritate cordis et charitate. Appropiat oratio mea in conspectu tuo. Si iratus fueris, Domine, adversum me; quem adjutorem queram, aut quis miserebitur infirmatibus meis? Memento, Domine, quod Chananeam et Publicanum vocasti ad poenitentiam, et Petrum lacrymantem suscepisti; sic et meas suscipere digneris preces, misericors Deus, salva me, Salvator mundi, qui regnas.

#### ORATIO SANCTI HIERONYMI.

Ego te, Domine Iesu Christe, vere credo, verum fatoe; quia vere redemisti nos: vere, quia vivificasti nos; verum, quia salvasti nos. Tu fortior forte, vitor in prælio, præparator vite. Tu resurrectio mortuorum. Tua sumus vasa, tu noster figulus. Rogamus te, Domine, ut vacua spiritu tuo impleas, plena conserves. Te in Patre credimus: Patrem similiter in te confitemur, Spiritum quoque sanctum in utroque veneramur. Trinum Deum colimus in personis, unum in substantia deitatis. Munda me, Domine, vas tuum, et sanctifica, quod fecisti: de malitia evaca, et imple de gratia. Præsta mihi, ut fraternalm semper teneam charitatem: mala obliuiscar, aliena non requiram. Te solum creaturarum omnium, qui unus et verus es, semper diligam Creatorem, qui mortificas et vivificas, deducis ad inferos

\* Ex libris Synonymorum.

**A** et reducis, in Trinitate semper permanens in sæcula sæculorum.

#### ORATIO SANCTI MARTINI.

Deus gloriae, qui unus et verus, qui solus et justus es, in quo omnia, sub quo omnia, per quem omnia facta sunt. Exaudi me orantem, sicut exaudisti tres pueros de camino ignis ardantis. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Jonam de ventre cœti. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Susannam, et liberasti eam de manu iniquorum testium. Exaudi me orantem, sicut exaudisti Petrum in mari, et Paulum in vinculis. Parce animæ meæ: parce factis meis: parce eunctis criminibus nostris, qui regnas cum Patre et Filio in sæcula.

#### ORATIO SANCTI COLUMBANI.

**B** Domine Deus, destrue, et quidquid in me plantat adversarius, eradica; ut destructis iniquitatibus, in os et cor meum intellectum et opus bonum inseras: ut opere et voluntate tibi soli deserviam, et intelligam mandata tua, et te ipsum requiram. Da memoriam. Da charitatem. Da castitatem. Da fidem. Da omne, quod scis ad utilitatem animæ meæ pertinere. Domine, fac in me bonum, et præsta mihi, quod scis oportere, qui regnas.

#### ORATIO SANCTI ISIDORI.

Tu, Domine, verus doctor et præstitor, advocatus et judex, largitor et munitor: terribilis et clemens, adjutor et consolator, qui cœcis mentibus donas aspectum, qui facis infirmis possibile quod præcipis, **C** qui sic pius es, ut assidue rogari velis; sic munificus, ut neminem desperare permittas. Dona quod te præstante bene querimus, parce et perduc nos ad illam contemplationem, ubi jam non possimus errare. Dona facere, quæ te inspirante loqui præsumpi. Dona complere, quæ alios commonui, ut qui præstisti pium sermonem, probabilem quoque conferas tuis famulis actionem. Libera nos, amator hominum benignissime, ab illo periculo; ne sicut dicit Apostolus, dum aliis prædico, ipse reprobis inveniar. Quam infirmi simus, tu veraciter nosti; quali hoste deprimamur, agnoscis: Te querit certamen impar. Te expedit mortalis infirmitas; quia majestatis tuæ gloria est, si leo rugiens ab infirmitate superetur; si spiritus **122** violentissimus a debilißima carne vincatur. Ille qui de cœlo cecidit, et hic te pugnante subdatur; ut si potestatem ipsius ad tempus tua permissione patimur, nequaquam ejus insatiabilibus fauibus sorbeamur. Fac illum tristem de humana letitia, qui de offensione nostra exultat, Christe Iesu Salvator mundi.

#### ITEM EJUSDEM <sup>a</sup>.

Quo fletu mala mea flere incipiam, quibus lacrimis facinora mea lugeam, quibus fletibus angustias meas plangam? Peccata mea mihi sensum doloris tulerunt. O lacrymæ! ubi vos subduxistis? ubi estis fontes lacrymarum? ubi es moeroris unda? ubi estis lamenta? quo fugistis fletus? quo abiistis ploratus?

Redite, obsecro vos, in nomine Domini nostri Iesu Christi; redite, progredimini, et oculos meos replete lacrymis. Novemini fontes lacrymarum, aspergite me fletibus, fluite super faciem meam, humectate maxillas meas, genas meas irrigate. Date mihi placentum anxiū et amarum. Ego enim infelix et miser flendus ac miserandus, infelicissimus omnium atque miserrimus fœditatem meam conspicio, meumque reatum agnosco. Scio me esse peccatorem, et quam turpis sum video. Iniquum me esse reprehendo, impium me esse accuso. Rogo te, Domine, ut ignoscas mibi; ego agnosco iniuriam meam. Inter omnes enīm gravius corruī, inter omnes deterius cecidi, inter omnes plus peccato subjacui, plus ceteris carnali delectationi succubui. Cunctos carnales squalore luxuriæ superavi, omniumque impiorum mala sceleri meo vici: ita ut tormenta tartarea vix malis meis sufficiant. Non est enim peccatum super peccatum meum, non est iniquitas super iniquitatem meam. Et nunc summæ clementiae Deus, quoniam delicta mea cognita tibi facio, et in justitiam meam non abscondo; misericordiam tuam deprecor, misericordiam tuam imploro. Tuam imploro miserationem, tuam queso clementiam; dele mea peccata, abue facinora mea. Peccatorum meorum maculas munda, labem criminum meorum purga, sordes delictorum meorum absterge, sordes iniquitatum meorum abue. Non differas mundationem meam Deus. Totum me tibi sanandum offero, recipiat salutem anima mea. Da vulnē meo salutem. Deus, languoribus meis medelam tribue, post plagas vulnerum redde incolumem. Vulneratus sum, medicum quero. Languidus sum, medelam posco. Consumpta est caro mea, contabuit species mea. Ossa mea exaruerunt, membra mea contabuerunt. Appropinquavi corruptioni, umbra mortis comprehendit me. Tenebrae operuerunt me, caligo inferni involvit me. Oppressit me tenebrarum horror. Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Tibi honor, et gloria, et virtus, et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

## ORATIO SANCTI ISIDORI.

Succurre mihi, Deus meus, antequam mors veniat, antequam mors me perimat, antequam tartarus rapiat, antequam flamma comburat, antequam tenebrae me involvant, antequam sine fine desciām. Subveni mihi Deus meus, priusquam gehenna ignis devorer, priusquam sine termino crucier. Væ mihi misero homini, omni polluto contagio! Væ mihi peccatori omnium pessimo! Væ mihi, qui factus sum sentina omnium criminum! Heu mihi, qui superavi omnem magnitudinem peccatorum! Heu mihi, cuius iniquitas excrevit omnem magnitudinem delictorum! Obsecro vos, omnes sancti, miseriis meis subvenite, perditionem meam plangite. Flete me miserum et projectum. Flete me mortuum et abominatum. Flete me, cœlum et terra. Plorate me, omnia elementa. Ingemisce me, unne genus humanum. Sumite super me lamentum, veniam pro me lacrymis impetrare, et preces pro me impio fundite, terram lacrymis

A irrigate. Plenus sum sceleribus, plenus sum vitiis omnibus: vas iniquitatis ego sum. Per omnia membra mea scelerum insignia agnoscuntur. Nihil est, quod justitia reservaverim, totum impietati me tradi. Omne vitium, quod destinavi in carne, perfeci in opere. Omne crimen, quod cogitavi, complevi. Omnem pravam cogitationem ad studium persicendi deduxi. Hinc est quod inter homines confusus, in cœlum oculos erigere non valeo. In vultu enim meo ignominiam porto. In omnibus actibus meis erubesco. Faciem meam conscientiae **123** reatus inclinat. Confusio operis mei ante oculos versatur. Corde meo deprehensus ubique confundor: non audeo quemquam fiducialiter intueri. Fidem enim perdidi, piatem contaminavi, sanctitatem pollui, religionem vitiis impiavi. Divina omnia atque humana jura violavi. In omne fas nefasque properavi. Miserere mei, Domine, miserere mei, qui regnas.

## ORATIO SANCTI EFFREM DIACONI.

Domine Deus et Salvator meus, quare me dereliquisti? Miserere mei, quoniam tu es amator omnium solus. Salva me peccatorem, quoniam tu es sine peccato solus. Erue me de cœno iniquitatum meum, ut non insigar in æternum. Libera me de ore inimici mei: ecce enim ut leo rugiens devorare me cupit. Excita potentiam tuam, et veni, ut salvum me facias; corusea coruscationes tuas. Disperte virtutem inimici, amator hominum benignissime. Deus, adjuro te per miserationes tuas, ne me cum hædis a sinistris tuis statuas, cum his qui te exacerbaverunt. Ne dicas mihi, *Nescio te*: sed tribue mihi propter multam misericordiam tuam indesinenter cordis compunctionem et fletum: et sanctifica me, ut siam templum gratiae tue, per te, Christe Jesu.

ORATIO PRO OMNI POPULO,  
*Ut in regum continetur historia.*

Parce, Domine, parce populo tuo, quem redemisti, Christe, sanguine tuo; ut non in æternum irascaris nobis. Deprecamur, Domine, in omni misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a loco isto, et a domo sancta tua, quoniam peccavimus. Peccavimus tibi, Domine, et tu iratus es nobis, et non est, qui effugiat manus tuas: sed supplicamus, ut veniat misericordia tua super nos, qui Ninivæ pepercisti. Invocantes Dominum exclamemus, ut respiciat populum conculcatum et dolentem: protegat templum sanctum suum, ne ab impiis contaminetur, sed misereatur nobis. Exclamemus omnes ad Dominum dicentes: Peccavimus tibi, Domine, patientiam habe in nobis, et erue nos a malis istis, quæ quotidie accrescent super nos. Dismette, Domine, peccata populi tui, secundum multitudinem misericordiæ tue, sicut propitius tuisti patribus nostris. Propitius esto nobis, et impleatur gloria tua universa terra. Recordare, Domine, dico angelo percutienti: Sufficit, contine manum tuam, et cessa interfictio quæ grassatur in populo, et ne

perdas omnem animam viventem. Exsurge, Domine, adjuva nos et libera nos propter nomen tuum.

#### ORATIO EFFREM DIACONI.

Pone, Domine, lacrymas meas in conspectu tuo, sicut in promissione tua, ut avertatur inimicus meus retrorsum, et expavescoens conturbet, cum viderit me in loco quem præparavit misericordia tua. Exspectans autem inimicus videre in loco, quem mihi propter delicta mea præparavit, videat me in loco lucis et vitæ æternæ, et conversus in te nebris conturbetur, quia nequaquam voluntas ejus effecta est. Ita benignissime, ita amator hominum, ita qui solus sine peccato es, effunde super me inæstimabilem et immensam misericordiam tuam, et præsta mihi ut et ego et hi qui te diligunt regni tui efficiamur hæredes; et videntes gloriam tuam, adoremus bonitatem tuam: et dicamus pariter, qui digni fuerimus videre insatiabilem pulchritudinem majestatis tuæ: Gloria Patri, qui fecit nos, gloria Filio, qui sanavit nos, gloria Spiritui sancto, qui renovavit nos: Trinitas sancta, une Deus, sub umbra alarum tuarum nos protege, qui es benedictus in sæcula.

#### ORATIO

*Pro itineris et navigii prosperitate.*

Dei Patris festinare maximum mihi cito peto adiutorium. Iesu Christi imploro suffragia, qui natus est ex virgine Maria. Sancti quoque Spiritus præsidio fungar semper hic vel in exilio. Christus a me auferat pericula cuncta, quæque daemonum jacula. Ne me captent hostes atque latrones, ne fures, neque mundi prædones. Ne me undæ maris, neque flumina, neque aquæ, nulla noceant numina. Ne tenebris, vel venti, vel flumine, velis plenis a ventis quoque prosperis maris, cunctis solvar a periculis. Christus mecum duras ac pestiferas vincat terræ et aquarum bestias: vincat tela aeris vitalia [F., lethalia?], vincat 124 cuncta tonitrui fulgura. Vincat quæque venena serpentina, vincat sæva mundi beneficia: ut hæc cuncta non mihi quæ diximus, neque meis noceant comitibus. Sanus ego, sani mei comites, sine damno pergaimus incolumes. Sana nave in pelagi fluctibus, sanis equis velis in terrestribus: sana nostra vehatur pecunia, ut sit apta ad nostra utilia. Inimici ne sint nobis nociva, quamvis mala prorumpant consilia. Christi mihi in æterno nomine viæ cunctæ pateant magnopere, si ascendam ardua in montium, si descendam convexa in vallium, si... vias per vastissimas silvarum, rubo per densissimas: via plana pergam atque lucida usque loci destinati.....

Domine Iesu Christe, te obsecro per misericordiam et clementiam tuam, ut præstes mihi veniam delictorum meorum. Aperi mihi jauam vitæ, et princeps tenebrarum non occurrat mihi. Non veniat mihi pes superbæ, et manus extranea non continuat mihi: sed suscipe me secundum verbum tuum,

\* Locus corruptus.

A et perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur omnes amici tui tecum. Tu es Jesus Christus Filius Dei vivi, cum Patre et Spiritu sancto regnans in sæcula sæculorum.

#### ORATIO SANCTI AUGUSTINI,

*Quam xv libris, quos de sancta conscripsit Trinitate, subjunxit.*

Domine Deus, credimus in te Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Neque enim diceret Veritas: *Ite, baptizate gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (Matth. xxviii, 20), nisi Trinitas esses. Nec baptizari nos juberet, Domine Deus, in ejus nomine, qui non est Dominus Deus. Nec diceatur voce divina: *Audi, Israel, Dominus Deus tuus*, B *Dominus unus est* (Deut. vi, 4), nisi Trinitas ita esses, ut unus Dominus Deus esses. Et si tu Deus Pater ipse esses, et Filius Verbum tuum Jesus Christus ipse esses, et donum vestrum Spiritus sanctus: non legeremus in litteris veritatis: *Misit Deus Filium suum* (Gal. v, 4): nec tu Unigenite dices de Spiritu sancto: *Qui mittet Pater in nomine meo, et quem ego mittam vobis a Patre* (Joan., iii, 17). Ad hanc regulam fidei dirigens intentionem meam, quantum potui, quantum me posse fecisti; quæsivi te, et desideravi intellectu videre quod credidi, et multum disputavi et laboravi. Domine Deus meus, una spes mea, exaudi me, ne fatigatus nolim te querere; sed queram faciem tuam semper ardenter. Tu da querendi vires, qui te inveniri fecisti, et magis magisque inveniendi te spem dedisti. Coram te est firmitas et infirmitas mea: illam serva, istam sana. Coram te est scientia et ignorantia mea: ubi mihi aperisti, suscipe intrantem; ubi clausisti, aperi pulsanti. Meminerim tui, intelligam te, diligam te. Auge in me ista, donec me formes ad integrum. Scio, scriptum est [Aug., scriptum esse]: *In multiloquio non effugies peccatum* (Prov. x, 19). Sed utinam prædicando verbum tuum, et laudando te, tantummodo loquerer: non solum fugerem peccatum, sed meritum bonum acquirerem; quantumlibet meruisse, loquerer [Aug., quantumlibet multum sic loquerer]. Neque enim homo de te beatus peccatum præcipiter germano in fide filio suo, cui scripsit, dicens: *Prædicta verbum, insta opportune, importune* (II Tim. iv, 2). Nunquid dicendum est istum non multum locutum, qui non solum opportune, verum etiam importune verbum tuum, Domine, non tacebat? sed ideo non erat multum, quia tantum erat necessarium. Libera me, Deus meus, a multiloquio, quod patior intus in anima mea misera in conspectu tuo, et confusum ad misericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo, etiam tacens voce [Aug., vocibus]. Et si quidem non cogitarem nisi quod placaret tibi, non utique rogarem ut me ab hoc multiloquio liberares. Sed multæ sunt cogitationes meæ tales, quales nosti cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt (Psal.

**xciii.**, 11). Dona mihi non eis consentire, et si quando **A** me delectantur [Aug., delectant], eas nihilominus improbare, nec in eis velut dormitando immorari: nec in tantum valeant apud me, ut aliquid in opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea statim sit tuta sententia, tuta conscientia te tuente. Sapiens quidam cum de te loqueretur in libro suo, qui Ecclesiasticus proprio nomine jam vocatur: *Multa, inquit, dicimus, et non pervenimus; et consummatio sermonum universa ipse est* (*Ecli. xliii.*, 29). Cum ergo pervenerimus ad te, cessabunt multa ista que **125** dicimus, et non pervenimus; et manebis unus omnia in omnibus; et sine fine dicemus unum, laudantes te in unum, et in te etiam facti nos unum, Domine Deus une<sup>a</sup>. Deus Trinitas, ignosce mihi omnia peccata mea, et in hac integritate fidei, et **B** bonorum operum perfectione custodi me, et ab omnibus insidiis diaboli et hominum libera me, et sub umbra alarum tuarum protege me, qui es benedic tus in sœcula.

**HYMNUS BEATI EPISCOPI SEDULII** **b**,  
*De nativitate, et baptismo, et virtute, et traditione, et passione, resurrectione et ascensione Domini nostri Iesu Christi.*

A solis ortus cardine  
Ad usque terræ limitem,  
Christum canamus principem  
Natum Maria virgine.  
Beatus auctor seculi  
Servile corpus induit,  
Ut carne carnem liberans  
Ne perderet quos [Al., quod] condidit.  
Clausæ [Al., clausa] parentis viscera  
Coelestis intrat gratia:  
Venter pueræ bajulat  
Secreta quæ non noverat.  
Domus pudici corporis [Al., pectoris]  
Templum repente fit Dei:  
Intacta nesciens virum  
Verbo concepit Filium.  
Enixa est puerpera [Al., Enixa jam puer-]  
[pera est]

Quem Gabriel prædixerat:  
Quem matris alvo gestiens  
Clausus Joannes senserat.  
Feno jacere pertulit,  
Præsepe non abhorruit:  
Parvoque lacte pastus est,  
Per quem nec ales esurit.  
Gaudet chorus coelestium,  
Et angeli canunt Deo:  
Palamque fit pastoribus  
Pastor Creator omnium.  
Hostis Herodes impie,

<sup>a</sup> Apud Aug. ita haec oratio clauditur: « Deus Trinitas, quæcumque dixi in his libris de tuo, agnoscant et tui: si qua de meo, et tu ignosce et tui. »

<sup>b</sup> Exstat hic hymnus editus tom. VI Bibl. PP. e. lit. Lugdun., pag. 471, sub hoc titulo: *Cœli Sedulii*

Christum venire quid times?  
Non eripit [Al., non abripit] mortalia  
Qui regna dat coelestia.  
Ibant Magi, qua venerant [Al., quam vide-]  
[rant]

Stellam sequentes præviam:  
Lumen requirunt munere [Al., lumine],  
Deum fatentur munere.  
Katerva matrum personat  
Collisa deslens pignora:  
Quorum tyrannus millia  
Christo sacravit victimam [Al., victimam].

Lavacra puri gurgitis  
Cœlestis Agnus attigit:  
Peccata quæ non detulit  
Nos obluendo sustulit.

Miraculis dedit fidem  
Habere secundum Patrem [Al., Habere se]  
[Deum Patrem]:

Infirma sanans corpora,  
Et suscitans [Al., resuscitans] cadavera.  
Novum genus potentiae  
Aqua [Al., aquæ] rubescunt hydriæ:  
Vinumque jussa fundere  
Mutavit unda originem.

Orat salutem servulo  
Nixus [Al., Flexus] genu Centurio:  
Credentis ardor plurimus  
Exstinxit ignes febrium.  
Petrus per undas ambulat [Al., ambulans]  
Christi levatus [Al., levatur] dextera:  
Natura quam negaverat,  
Fides paravit seinitam.  
Quarta die jam fetidus  
Vitam recepit Lazarus:  
Mortisque liber [Al., Cunctisque liber] vin-  
[culis]

Factus est superstes sibi.  
Rivos crux torridi [Al., horridi]  
Contacta vestis obstruit:  
Fletu rigantis [Al., rigante] supplicis  
Clausit fluentia [Al., Arent fluentia] sanguinis.  
Solutus omni languore [Al., omni corpore]  
Jussus repente surgere,  
Suis vicissim gressibus  
Æger vehebat lectulum.  
Tunc ille Judas carnifex  
Ausus Magistrum tradere,  
Pacem serebat osculo  
Quam non habebat pectore.  
Verax datur fallacibus,  
Pium flagellat impius:  
Crucique fixus innocens  
Coniunctus est [Al., conjungitur] latronibus.

*presbyteri hymnus acrostichis, totam vitam Christi continens.* Inde differentes lectiones accepimus. Notabit lector primas litteras stropharum hujus carminis totum alphabetum referre.

**126** Xyro [Al., Xero; forte leg. Xro, id est] [Christo] myrrham post sabbatum Quædam vchebant compares [Al., corpori], Quas allocutus angelus : Vivum sepulcrum non legit [Al., vivum se- [pulcro non tegi].  
 Ymnis venite dulcibus  
 Omnes canamus subditum  
 Christi triumpho tartarum,  
 Qui nos [Al., qui vos] redemit venditos.  
 Zelum draconis invidi  
 Et os leonis pessimi  
 Calcavit unicus Dei,  
 Sese qui [Al., seseque] cœlis reddidit.  
 Gloria Patri ingenito,  
 Gloria Unigenito,  
 Una cum sancto Spiritu  
 In sempiterna sœcula.

## ORATIO.

Præsta, Domine, legentibus prosectum, quærentibus legem tuam, peccatorum omnium remissionem : ut qui desiderio magno ad lumen Scripturarum tuarum pervenire cupimus, nullis peccatis caligantibus obscurémur. Attrahe nos ad te virtute omnipotentiae tue. Ne relinquas sua voluntate vagari, quos pretioso sanguine redemisti. Imaginem tuam in nobis non si-  
 nas obscurari, quæ si te præstante defendatur, non diabolo, non nobis liceat tua dona subvertere; quia totum fragile, quidquid tibi ntitur obviare. Audi nos, pie Rex, contra peccata nostra ; et prius illa a nobis remove, antequam nos per ea juste possis in tua examinatione damnare. Quid nobis nostra insidiatur iniquitas? Quid contra nos delicta confligunt?  
 Creaturam tuam evertere cupiunt, qui nulla substantia firmitate consistunt..... diabolus, cur nos insatiable dolore prosequitur? Nunquid illi consilium dedimus, ut tibi Domino superbus existeret, et de beatitudine collata caderet, cum tantæ per te virtutis insignia possideret? Sufficiat quod nos in Adam

\* Hoc carmen exstat sub nomine Alcuini in Libello preceptionum Caroli Calvi, ex codice aureis litteris scripto et pretiose quandam ornato atque in Electo-

A perculit ; quare quotidianis deceptionibus iniipiis calumniator insequitur? Et sicut ille fragilitatem nostram non desinit impetere, ita tuis possit viribus confusus abscedere. Non permittas, bone Rex, in nobis sævissimum hostem sua vota complere, qui te graviter eligit offendere. Quid nos sicut leo rugiens circuit? Quid devorare contendit? Semel illi in baptisme sacro renuntiavimus ; semel tibi Domine credere professi sumus. Tales nos per tuam defensionem concede servari, quales nos fieri per aquam regenerationis, Creator altissime, præstitisti. Qui tui esse cœpimus, alium Deum nesciamus. Tua gratia redempti sumus, tua mandata, te donante, faciamus. Si nos relinquis, tergiversator invadit. Indeffensus atque impudens semper assistit, lucra sua B computans humanas ruinas. Blanditur ut decipiat, instigat ut perimat. Maxime per corpus nostrum animas decipit, et ita labilis per desideria humana diffunditur, ut nulla pene providentia, nullo prius consilio sentiatur. Longum est per singula discurrere. Tali quis possit obsistere, nisi tu, Domine, illi decreveris obviare? Quid enim de nobis possit facere, qui te in nostro corpore ausus fuit per subdola machinamenta tentare? Exaudi nos, o cœstos hominum. Hic nos ab illo indulgentia tua libera, qui nos trahere nititur ad gehennam. Cum illo sortem non habeamus, ut tecum, Domine, habere possimus. Vindica fabricam tuam ab illo qui destruit. Dominari alios si faciunt [F., sic facit], qui se ipse damnavit : sed potius ille cum suis percat, qui perdere cuncta C festinat..... Cœtera desunt.

## ORATIO D. ALCUINI IN NOCTE \*.

Qui placido in puppi carpebat pectore scnum, Exsurgens ventis imperat et pelago.  
 Fessa labore gravi quamvis hic membra quiescant Ad se concedat cor vigilare meum.  
 Agne Dei, mundi qui crimina cuncta tulisti, Conserva requiem mitis ab hoste meam.

rali bibliotheca Monacensi servato, quem typis man- davit F. Felicianus episcopus Scaldensis Ingolstadtii anno 1583, in-8.

## 127 OPUSCULUM QUARTUM.

### ALCUINI DE BAPTISMI CÆREMONIIS

#### AD ODUINUM PRESBYTERUM EPISTOLA.

Albinus magister filio charissimo Oduino [Ms. D te diligenter per donum Dei erudire curavi], ad cognoscendum rationabilem sacri baptismatis ordinem, de ministeriis [Ms. Einsidl., mysteriis] totius officii

Quia divina donante gratia ad id diutino te perduxi labore, ut sacerdotali honore [Ms. Einsidl., sa- cerdotialis honoris] dignus habearis (Et [utinam] tam eleganter illud in domo Dei ministres officium, quam

tibi breviter scribere volui, ut cognoscas quam necessarium sit nihil prætermittere quod a sanctis Patribus sumptum est [Mss., statutum; al., constitutum est] in illo officio.